



25. 372
Disputatio Juridica Inauguralis

DE
RESCRIPTIS
MORATORIIS

QUAM
DEO PROSPERANTE

Ex Decreto & Autoritate

Magnificæ & Amplissimæ Facultatis Juridicæ
in Academia Hasso-Schaumburgica

PRÆSIDE

DN. BERNHARDO Schulzen

J. U. D. Profess. P. ac Facult. p. t. Decano

Domino ac Promotore suo æternùm venerando.

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus ac Privi-
legiis Doctoralibus capeffendis

Publicæ Eruditorum ventilationi exhibet

SAMUEL MACRINUS

Fromstat. Thuringus.

Ad d. 16. Septemb. in Auditorio ICtorum horis ante- & pomeridianis.



RINTEL II, Typis imprimebat Petrus Lucius.
M DCLXIV.

372

22

Dispositio Juris
R. E. S. C. R. I. P. T. I. S.

M. O. R. A. T. O. R. I. S.

PRO P. R. O. F. E. S. S. O. R. I. S.

In Ex. C. A. M. E. R. A. C.

D. N. B. I. T. T. O. R. I. S.

J. U. L. I. I. I. I. I. I. I. I. I. I. I. I. I.

Donatus, etc.

Pro Summis in Hiis et in Hiis

S. A. M. U. E. L. I. A. W. A. R. I. N. U. S.



LIBRARIUS





P R O O E M I U M.

Multos, eosque tristes turbulento
 hoc seculo evenire casus experi-
 entia ubique locorum testis est
 omni exceptione major : Inter
 quos sæpius contingere docemur , quod &
 Mercatores , alique Debitores fortunæ ludi-
 brio elusi , calamitate belli ac alio aliquo casu
 fatali oppressi extremum sæpè sustinere co-
 gantur infortunium, suarumque facultatum
 amissionem. Quostamen juvare si non Jura
 nostra suadeant, saltem Æquitas & Commise-
 rationis ratio jubet. Non unum verò, quin
 multa à Doctoribus & Virorum Principum
 Consiliariis afferri solent Præsidia , quibus
 his, qui non sua culpa, sed insolito ac impro-
 viso aliquo casu sunt depauperati, succurrere

A B

alla-





allaborant. Omnia tamen hisce pagellis includere, ac in recensione eorum multum defudare, instituto nostro meritò arcemur; præsertim cum in iis recolendis ac publicæ censuræ subeundis egregium suum laborem ponere pro laude duxerint Interpretes Juris & clarissimi & acutissimi permulti. Non tamen penitus arceri aut deterreri nos patiemur, quin INAUGURALIS loco, quod est principale Remedium, de RESCRIPTIS MORATORIIS, quibus sublevantur miseri isti Debitorum, pro instituti ratione & ingenii modo tractaturi, & quæ probata apud Doctores leguntur, de iis in medium prolaturi sumus. Et quamvis durum videatur, quidpe quod, qui die ac termino definito acceptum non restituit, in mora constituatur, *per l. 77. & l. 114. ff. de v. o.* & facta interpellatione Creditoris citra moræ periculum Debitor exolutionem retardare haut valeat. *l. 213. ff. de verb. signif.* Attamen propterea hoc Remedium planè repudiandum
non



5



non est, maximè si temporis habetur ratio. Nec enim ambigendum, quin illud felici successu effectum fuerit, ut ex modica illa Dilatione, tanta facultatum accessio Debitori affutura sit, ut creditoribus de sorte pariter atque usuris absque ulla detractioe satisfieri possit. Adeoque & melius erit & consultius, totum capere post aliquod tempus, quàm parte semper carere, nec quod differtur, planè aufertur. *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* Ut hinc non possit non æqua censi dilatio, per quam Debitoribus parcitur, & Creditorum jura conservantur, ceu ita tradit æquitatis studiosissimus *Dn. Benedict. Carpzov. in suo Afylo Debitorum cap. 4. Pos. 60. n. 15. & seq.* Quare in hoc calamitate belli vel alio infortunio pressis & Jure & Æquitate concessum Beneficium de RESCRIPTIS MORATORIIS, quo hodie nil occurrit frequentius, penitus inquirentes in hac nostra Disputatione quatuor præprimis faciemus SECTIONES; in qua-

A 3

rum

374

12

E





rum priore de Definitione nominali & reali ; in subsequenti de Personis concedentibus & impetrantibus ; in tertia de Fine & Effectu hujus Beneficij ; & tandem in posteriori de supplici libello , quomodo ritè formari debeat, occupati erimus. Quæ omnia ut fiant bono successu , divinæ Benedictionis imploramus Auxilium.

SECTIO I.

- A** Ntequam autem ad institutum nostrum nos accingamus, primò sedem hujus materiæ in jure indicabimus. Et quidem in Jure Digestorum vix occurrit textus, in quo Rescripti Moratorii fit mentio : In Codice verò tres occurrunt leges sub duobus Titulis, videlicet Constitutio Imp. Constantini *in l. 2. C. de precib. Imp. off.* & Valentiniani & Theodosii *in l. 4. C. eod.* & Justiniani *in l. ult. C. qui bon. ced. poss.* qui textus ab interpretibus juris pro induciis moratoriis communiter allegari solent. Hilliger. *ad Donell. lib. 22. c. 9. in not. ad lit. E.* Thom. Maul. *de cess. bon. tit. 7. n. 11.* Quæ etiam in Imperii Constitutionibus fundamentum habent, der Reformation gurer Policey zu Augspurg auffgerichtet Anno 1548. Tit. von verdorbenen Kauffleuten 22. §. 2. Und nach dem sie zu Zeiten bey den Römischen Kaisern und Königen Moratoria oder Quinquennel außbringen und erlangen und nach miter Zeit oder nach Aufgang derselben ihre Creditoren und Gläubiger nicht bezahlen / oder sich mit ihnen setzen und vertragen / &c. So meynen wir hiermit ernstlich / &c. I-tem



tem, in der Policey Ordnung zu Franckfurt Anno 1577. auffgerichtet.
 Tit. von verdorbenen Kauffleuten. 23. §. 4. Wann auch solche verdor-
 bene Kauffleute zu Zeiten bey den Römischen Käysern und Königen
 Moratoria oder Quinquennel außbringen und erlangen/ und doch mit-
 tler Zeitt/ oder auch nach Aufgang derselben ihre Creditores und Gläu-
 biger nicht bezahlen/oder sich mit ihnen setzen und vertragen/So meinen
 wir hiemit ernstlich und wollen/ &c. Mevius in discurs. Levamin. inop.
 debitor. cap. 4. sect. 8. n. 2. His ita breviter præmissis de nominali pariter
 ac reali Definitione, ut solliciti sumus, institutum nostrum nos
 monet; Et rectè ritèque nos facturos arbitramur, si, priusquam ad ipsam
 rem deveniamus, perpendamus, quomodo aliàs hæc materia appella-
 ri soleat, propterea, quod rerum intelligentia à verborum intellectu
 dependeat. Variis autem appellationibus, hoc, de quo acturi sumus,
 beneficium apud Dd. conspicuum est. Namque generali nomine vo-
 cari solet (1) Salvus conductus juxta Alexand. Trentacinq. 3. var. re-
 sol. tit. de solut. resol. 1. qui tamen alius est ab eo, quem impetrare so-
 lent banniti, peregrinantes, navigantesque, vel qui in iudicium vocati
 sunt, ut securè accedant, recedantque. (2) vocatur præscriptio mora-
 toria, id est; exceptio, quæ remoratur exactiorem. Manz. decad. 4. g.
 9. n. 7. (3) literæ induciales, dilatoriæ l. fin. C. qui bon. ced. poss. (4) li-
 teræ securitatis. (5) respirationis. (6) annales, biennales, quin-
 quennales, vulgò Quinquennel oder Anstand Brieff/ Recess. Imp. de
 Anno 1548. Tit. von verdorbenen Kauffleuten. §. Und nach dem sie
 zu Zeiten. & de Anno 1577. tit. 23. §. Wann auch solche/ &c. Gail. 2.
 observ. 46. n. 14. Paul. Matth. Wehner. observ. pract. verb. Anstandbrieff.
 Manz. d. decad. 4. g. 9. n. 6. & 8. (7) Literæ gratiæ, Saxones appellare
 confueverunt hanc exceptionem mercatoriam eysern werden/ eo quod
 velut ferrei fiant, seu ferreo quasi pectorali firmentur contra credito-
 rum exactiões, quamdiu tali diplomate circumdati reperiuntur ad-
 versus judicarias molestias & executiones securi & impenetrabiles.
 Quomodo etiam ferrum pro duro & inexorabili usurpatur, ita ut non
 absone inde id nomen debitoribus Moratorio indultu munitis appli-
 cetur. Mevius in discurs. Levamin. inop. debitor. cap. 4. sect. 8. num. 1. &
 quod

1575.

12



quod intra certum tempus debitor ad solutionem compelli nequeat, referente ex Hering *de fidejussor. c. 5. n. 102.* Limnæo *de jur. publ. Imp. Rom. lib. 4. c. 8. n. 331.* Dn. Bened. Carpz. *in suo Assl. debitor. cap. 4. pos. 62. n. 60.* Hillig. *ad Donell. enucl. lib. 22. c. 9. lit. f.* Wilh. Anton. *in tr. de Rescr. morat. tit. 3. conclus. 4.* Nominalem excipit nunc Definitio realis, quam ita descriptam dat prælaudatus Limnæus *cit. loc. n. 333.* Quod sit beneficium à summo vel territorij Principe humanitatis & æquitatis intuitu petenti datum, qui casu fortuito damnum passus, ut intra certum tempus dilationem solvendorum debitorum, dilationem non respicientium, habeat, nec à creditoribus pulsari, in carcerem detrudi, aut bonis cedere cogatur, sed interim confiscare possit, unde dilatione elapsa solvere valeat. Quam descriptionem omnium optimam prædicat jam laudatus Wilh. Anton. *tit. 4. conclus. 5. n. 1.* Similiter ferè, at brevius describit hanc moratoriam dilationem Thom. Maul. *in tr. de cession. bonor. tit. 7. n. 1.* vid. quoque Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. & privileg. in verb. Ducum. c. 5. n. 455.*

SECTIO II.

1. **A**ccedentes ad partem secundam Disputationis nostræ tractantem de Personis & concedentibus & impetrantibus hanc dilationem auxiliarem, illam quæstionem præmittemus, utrum illa læsa conscientia & salvâ justitiâ hæc dilationes concedi possint? quod affirmatur, quando justa atque urgentissima causa subsit, Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. cap. 5. verb. Ducum num. 457.* Wilhelm. Anton. *in tr. de Rescript. Morator. tit. 5. conclus. 6. num. 1. & seqq.* Mevius *in discuss. levamin. inop. debitor. cap. 4. sect. 8. n. 5.* puta, quando notabile aliquod damnum ratione belli, incendii, naufragii, ruinae, inundationis prædonum, tempestatis, &c. Mercatores alii que perpeffi sunt, l. 6. *C. de pignorat. act. l. 23. in fin. ff. de Reg. Jur.* Cui & ille casus accenseri potest, quo quis à suis Debitoribus per eorum fallimentum



mentum circumventus eò inopiæ redigitur, ut ad hoc Induciarum a-
 sylum confugere cogatur. Solent namque homines improvise aliquo
 casu, ac quandoque fatali, eò calamitatis redigi, ut Creditoribus suis
 definito tempore satisfacere nequeant. Quare ne ab iis Creditoribus, 3.
 qui nullo commiserationis affectu reguntur, neque ullam Christianæ
 dilectionis regulam considerant, multò minus perpendunt, quod idem
 infortunium eos manere possit, sed cum sacculo semper parati adstant,
 expectantes solutionem, vel indefectum hujus miserabile cessionis sui
 debitoris exilium, hi depauperati prorsus exsugantur; Sacratissimæ
 Imp. unâ cum totius Imperii Romano-Germanici Membris Illustris-
 simis diversis Ordinationibus sanxerunt, quousque hi privilegio hoc,
 qui nulla sua culpa ad incitas ferè sunt redacti, tuti esse, eoque citra ul-
 lius impedimentum fruisce possunt. Quapropter æquum censuerunt,
 ut de hoc beneficio singularia quæpiam in Recessibus Imperii compre-
 henderentur, ceu liquet *ex supra allegato Recessu de Anno 1548. citata*
cit. ibi: Ohne daß ihnen an ihren Leibern und Gütern einiger Unfall
Schaden/Befängniß oder Sasung zugestanden. & de Anno 1577.
ibi: Daß sie auß unversehenen zugestandenen Unfällen ihrer Leib oder
Güter verdorben und aufgestanden sind / &c. Unde causa impulliva
 hujus beneficii Moratorii clara est, nec ab æquitate hoc recedit, siqui- 4.
 dem prohibemur afflicto afflictionem ulteriorem, & majorem calami-
 tatem addere, l. 14. ff. de off. presid. l. 9. §. 2. ff. de L. Pompej. de parricid.
 Et quis eorum non misereatur, qui tali suppressi jacent fortunæ impetu 5.
 cui nullo consilio, nullâ prudentiâ, nulloque humanarum virium
 robore resistere potuerunt. l. 2. §. 7. ff. de administr. rer. ad civ. pertin. si-
 quidem ei non debet imputari, per quem non stat, si non faciat, quod 6.
 per eum fuerat faciendum c. 41. de Reg. Jur. in 6to. Ac si creditor bo-
 nus est homo, nunquam non tot debitoris damna à militibus vel infor-
 tunio perpeffi miserebitur c. 5. X. de Cleric. agrotant. tantum abest, i-
 psium ei insultaturum, contraque illum rigorosam periturum executi-
 onem. Bonus siquidem homo magis ad commiserationem inclinat,
 quàm ut proximi infortunium se ad insolentiam erigere patiatur, ve-
 luti loquitur Imper. in l. 1. C. de revocand. donat. Maxime si hoc exactè 7.
 B
 perpensum



- perpensum fuerit, quod hæc Moratoria dilatio creditori nec auferat jus suum, sed tantum ad exiguum temporis momentum actum secundum obligationis in debitore suspendat. l. 2. *C. de precib. Imp. offer.* Inde & illud verum redditur, quod juridicè proferri solet, quod differtur non auferitur Bl. Br. & Dd. *ad l. 4. C. de precib. Imp. offer.* quippe cum in mora modici temporis non magnum vertatur præjudicium. l. 21. ff. *de judic. l. 24. §. 4. ff. locat.* neque jus partis ex toto absorbeat. Manz. *in patroc. debitor. decad. 4. §. 9. n. 14. 15.* Quapropter æquitatis hoc intuitu hæc dilaciones moratoriæ præter Imperium nostrum Germanicum apud exteras quoque gentes sunt receptæ, quemadmodum testatur Cujac. *lib. 2. obs. 10.* Wilh. Ant. *tr. de Rescript. mor. tit. 5. concl. 9. n. 1. & seqq.* & quotidie ferè exercentur, ut taceamus exempla horum rescriptorum moratoriorum, quæ plurima sunt, & recentissima. Nec quicquam moratur, quod creditores sibi imaginentur, injusti quid subesse in isthac moratorii concessione, quando videlicet ipsis invitis, & ut plurimum ignorantibus ea debitori indulgetur, siquidem sciendum est, Principi etiam licere vi dominii eminentis ex causa jus subditorum suorum auferre, suadente videlicet id publica utilitate, quæ causam justam subministrat, l. 15. §. 1. ff. *de rei vind. l. 11. ff. de evict. l. 2. §. 14. ff. ne quid in loc. publ.* Grot. *de J. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 6. lib. 2. cap. 14. num. 7. 8. cap. 21. n. 11. lib. 3. c. 20. n. 7. 8.* Gail. *2. obs. 56. n. 1. & seqq.* Myns. *cent. 5. obs. 97. n. 4. & seqq.* Manz. *in patroc. deb. decad. 4. §. 9. n. 137.* Hieron. *de Ceval. in spec. aur. opin. commun. §. 578.* ubi de contributione Clericorum in casu necessitatis subjungit permulta, Et quidni Principi liceret, cum & major pars creditorum reliquis numero paucioribus, etiam invitis solvendi dilationem concedere possit debitori per leg. 7. §. 19. l. 8. ff. *de part. l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Wilhelm. Anton. *d. tr. tit. 5. conclus. 10.* Quæ omnia optimè illustrantur in Moratorio Imperiali ad octennium Libere Imperii Civitati Goslarie à Ferdinando II. gloriosæ memoriæ concessio, cujus tenorem refert Wilhelm. Antonii de Freundenberg. *tit. 12. conclus. 71. de formulis & documentis num. 51. ibi:* Und aber die allgemeine beschriebene Rechte / so wol als des Heil. Römischen Reichs de Anno 1577. publicirte Pollicey Ordnung sub tit. 23. außß.



ausdrücklich vermögen / verordnen und statuiren / daß denen jenigen Schuldigern/welche nicht sua culpa, vel facto, sed fortunæ asperitate, vel aliorum facto, sive injuria, aut mala temporum conditione, ex accidenti ihrer Güter und Habnüss deſtituiret / in Abnehmen præcipitiret und detrudiret worden/mit Induciis sive Rescriptis Moratorii succurreret / und mit denselbigen gegen ihre aneringende Creditores für der vorhabenden execution communiciret werden sollen / in fernerer Erweigung/ weil die concession und Begnadigung zu dem ende nicht gesuchet noch indulgiret und gegeben wird / ut absolute Creditores petere prohibeantur, sed saltem ad tempus, nec ut debiti jacturam faciant, sed ne interim inquietent, vel ad solutionem urgeant debitorem, & sic quasi nulla, vel saltem permodica ad modicum nimirum tempus interueniat lætio, quæ cum secundum l. 21. ff. de judic. magnum creditoris damnum esse non possit, in mora modici temporis attendi non debeat, Dahero sich denn niemand billigmäßigen Verstandes/ und worinnen ein Stücklein Christlicher Liebe ist/ weder über sie die supplicirende debitores, welchen aus kündlichen/ unversehentlichen/ zugestandenen Unfällen oder per vim majorem, aliorum culpa vel facto an ihren Gütern Schade/ Abschagungen/ oder andern vergebentliche Ungelegenheit zugestanden/ und dadurch in Abnehmen und Verderben kommen/ der Nachsichung halber dieses in Rechten erlaubten / und den elenden und untermordchten zu gutem verordneten beneficii, als auch uns die höchste Obrigkeit / dessen concession und Ertheilung zu beschweren habe / sondern dieselbe ex ordinaria nostra, tanquam summi Principis potestate, zu begebenden Fällen & pie & juste wol gesehen könne. &c. Inter concedentes primas tenet summum Christiani orbis caput, quemadmodum vocatur in *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 2.* Imperator noster, penes quem hæc potestas, sive jus illud concedendi inducias moratorias summum est, adeoque & illud Reservatis merito annumerandum, ceu oppidò liquet, *ex l. 2. ibi: Rescripto nostro & l. 4. C. de precib. Imper. off. l. fin. pr. ibi: cum solito more à nostra majestate petitur. C. qui bon. ced. poss. l. 45. §. 10. ff. de jur. fisci. Reformation guter Policy de Anno 1548. d. 2.* von verdorbenen Kauffleuten. 5. Und nach dem sie zu Zeiten bey den Römischen Käysern und



Röningen Moratoria oder Quinquennell außbringen und erlangen/ &c. & de Anno 1577. cod. tit. 8. final. ibi: So meinen wir hiermit ernstlich und wollen/dafi ihnen solche Moratoria und Quinquennell nicht mehr gegeben werden sollen / wir unsere Nachkommen / Römische Käyser oder Könige/ &c. ubi Imperatori, Romanorumque Regi potestas hæc reservatur. Mevius in d. discuss. levamin. inop. debitor. c. 4. sect. 8. num. 3. Gail. 2. obs. 46. n. 14. Petr. Denais. in jur. Camer. verb. Inducie. Paul. Matth. Wehner. in pract. observ. verb. Anstand Brieff. Maul. d. tit. 7. n. 12. Manz. dec. ad. 4. q. 9. n. 19. ita ut nulla imò injusta reputetur concessio, quam largiuntur inferiores Francisc. Viv. decis. 38. n. 7. Knichen.

14. de Saxon. non provoc. jur. verbo Ducum c. 5. n. 459. Quod tamen à quibusdam hac limitatione conceditur, quando Moratorium proficiscitur mera ex gratia, secus verò quando conceditur ex ipsa justitia, tunc consensu creditorum à quocunque judice illud concedi posse, unanimis horum est consensus. Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. num. 3. & 4. Nicol. de Passer. tr. de priv. script. lib. 3. q. pr. §. sub q. 2. fol. 278. Wilhelm. Anton. d. tr. tit. 6. conclus. 11. n. 5. & seqq. Quam verò limitationem solius Principis, aut ejus Consistorii submittit potestati. De
35. Pontifice Romano quid sit sentiendum, videbimus; Interim præsumimus, cum ipse sit Princeps Italiæ, quod & potestatem habeat, suis subditis inducias concedendi. VVilh. Ant. d. l. n. 10. De Vicariis Imperii tempore interregni, utrum & hi hanc habeant potestatem moratoria concedendi? questio scrupulosa agitari solet. Nos affirmare non veremur, (1) quod Vicarius omnia ea facere possit, cujus vices gerit. l. 1. C. de off. Vicar. l. 1. C. de off. ej. qui vic. alic. jud. vel pres. sobr. aded ut etiam Cameræ judicium tempore interregni Vicariis subfit, eorumque in signandis Decretis speciali utatur sigillo. Buxtorf. ad Aur. Bull. concl. 59. lit. B. (2) quia gratiosa, quæ nec damnum Imperio afferunt, nec alienationem continent, Vicariis prohibita non sunt. (3) quia exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis: Hinc refervatio, puta collatio ac investitura feudorum regalium, vulgò der Fahrenlehen / arguit in reliquis omnibus Vicariorum potestatem cum Imperatoris eandem esse extra casus scil. exceptos ac expressè reservatos. A. B.



tos. A. B. tit. 5. & per ea, quæ tradit Bened. Carpz. ad L. Reg. c. 11. sect.
 5. n. 1. 2. 26. edit. noviss. Gail. de pignor. obs. 14. n. 2. Buxtorff. ad A. B. cap.
 8. conclus. 73. qui refert in Vicariatu Z. P. F. F. moratorias literas à
 D. A. P. non solum petiisse, sed etiam cum probasset, se absque culpa
 in illud as alienum incidisse in principio Maji obtinuisse. Wilh. Ant.
 tit. 6. concl. 13. n. 4. & seqq. mult. Qui n. 17. hanc concedendi morato- 17.
 rium facultatem ampliavit ac extendit ad Electorum, Ducum, Marchio-
 num, Landgraviorum & reliquorum Principum locumtenentes, Pro-
 principes, Præsides, Regimenta Cancellariæ ac Dicasteria, uti probat
 exemplis Illustris Hassiæ Cancellariæ Marpurgensis, & Dicasterii
 Smalcaldensis. Quod cum hoc temperamento intelligendum putam⁹,
 ut moratoria illa, quæ ita à Dicasteriis conceduntur, tunc effectum ha-
 beant, si à Principe supremo sint approbata. Sed quid dicendum de Ca- 18.
 mera Imperiali, quæ est Consistorium summi Principis. Gail. 1. obs.
 22. n. 3. & obs. 84. n. 5. Mynsing centur. 4. obs. 6. Vultej. vol. 3. consil. 29. n.
 229. J. Kayf. Maytt. Cammer Gericht. N. A. in Nürnberg de Anno
 1522. 5. Und wiewol die Röm. Käyserl. Maytt. Verum licet Cam.
 Imp. in actibus contentiose Jurisdictionis Imperatorem representet, 19.
 fallit tamen hoc in iis, quæ sunt voluntariæ Jurisdictionis. Paurmeist.
 lib. 2. de Jdist. cap. 5. n. 22. & seqq. Hinc nec famæ restituere potest, uti
 judicatum 16. Decemb. Anno 1535. testatur Autor præjudiciorum Cam.
 Imp. verb. Casari reservata. nec spurius legitimare, nec veniam ætatis
 dare, nec privilegia concedere, vel ab Imperatore data confirmare po-
 test. Thom. Mich. de Jdist. concl. 11. n. 31. 32. & seqq. Sixtin. de Regal. l.
 1. cap. 4. n. 8. Licet de Rescripto Imperatorio cognoscere possit. Aut.
 præjudic. verb. Camera. Gail. 1. obs. 1. n. 7. & seq. Gilman. lib. 2. decis. 54.
 n. 72. & seq. Dicendum itaque quod Cam. Imp. moratoria Rescri- 20.
 pra per viam gratiæ & privilegii concedere nequeat; illa verò à Cæ-
 sare vel alio Principe impetrata, si Cam. Imp. insinuentur, quod in
 multis casibus factum, uti apparet ex p. 1. 2. 3. 4. & 5. selectarum sententi-
 arum Cam. Barthii. vel contra illa exceptiones sub- & obreptionis ob-
 ñiciantur, vel alia ratione lis & quæstio moveatur, tunc de iis cognosce-
 re possit. Diximus notanter supra per viam gratiæ & privilegii; quia
 in



- in illis casibus, ubi induciæ a majori parte Creditorum ex justitia postulantur, illarum confirmatio in Cam. Imper. non tantum imperari, verum etiam tales induciæ cum consensu creditorum concedi possunt, vide sis Wilh. Anton. *de Rescript. Morator. tit. 6. conclus. 13. n. 30. & seqq.* Porro licet jure supremæ Majestatis hæc induciæ moratorix concedi soleant, jure tamen territorialis superioritatis indulgētur à Statibus Imperii longæva consuetudine id exercentibus, nam quicumque in suis territoriis habent jus superioritatis, illi inducias moratorias etiam per modum privilegii, vel gratiæ concedere possunt. E contra, quicumque non habent illud jus superioritatis, illi inducias illas per modum gratiæ indulgere nequeunt, cui consecrarium est, quod Germaniæ Principes, Electores, Duces, Comites & Civitates Liberae illas concedere possint. Limn. *de I.P. I.R. lib. 4. c. 8. n. 329.* Carpvov. *in assl. deb. c. 4. pos. 62. n. 58. & 59.* Wilh. Anton. *d. tr. tit. 6. concl. 12.* Mevius *in discuss. levamin. inop. deb. c. 4. sect. 8. n. 4.* Maul. *d. tr. de cess. bon. tit. 7. n. 13. & 14.* P. Heig. *p. 2. qq. jur. civ. & Sax. q. 2.* Knich. *de priv. Sax. verbo Ducum. c. 5. n. 456.* Manz. *decad. 4. q. 9. n. 22.* Reinking. *de Reg. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 31.* Hillig. *in Don. enucleat. lib. 22. c. 9. lit. G. l. ult. ff. de jurisdict.* Joachim. Decher. *Antecessor Viadrinus in*
21. *sua Inaugurali membr. 2. artic. 1. conclus. 36. n. 10.* Hoc tamen discriminis interest Rescriptum Cæsareum, & indultum Moratorum ab inferiori concessum, quod illud universale sit, & in universo Imperio vim habeat, & observetur ab omnibus & adversus omnes. Hoc verò saltem intra fines territorii Principis, à quo impetratur effectum habeat. Ideoque nec debitores aliis in judiciis adversus arreſta, similesq; processus per hoc tuti sunt, nec creditores concedenti non subiecti observare tenentur, nec, cum causa ad judicium superioris devenit, juxta id proceditur aut pronunciat. Quibus igitur plenior placet securitas, illa querenda est apud supremum Imperii dominum. Ille solus generali securitate prospicere potest ope & defensione egentibus. Mevius *d. l. n. 5.* Schaffhausen *in disp. de prescript. morat. assert. 11. in fin.*
22. Non solum autem Imperator, Regniq; Vicarii, Electores, Duces, Comites & Civitates Liberae ex consensu ereditorum concedunt hæc Moratoria,



Moratoria, verum etiam privati creditores suis debitoribus illa largiri possunt. *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Et hoc beneficium utriusque gratia inventum est, ut scilicet debitores interim ad frugem redeant, res suas locupletent, ac eo melius postea omnibus solvere queant creditoribus. *Manz. decad. 4. q. 10. n. 4. Carpzov. in aspl. deb. c. 4. pos. 63. n. 66. Hillig. in Don. enucleat. lib. 22. c. 9. lit. k. Wilh. Ant. tit. 6. concl. 14. Wehn. loc. cit.* Ad eò ut minor pars creditorum consentire cogatur parti majori has indutias moratorias debitoribus concedenti ex Menoch. *de arb. jud. quest. cas. 103. n. 15. Carpz. cit. loc. n. 67. Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resolut. 2. Consult. Saxon. lib. 1. quest. 105. Hillig. cit. loc. lit. G. Coler. de process. executiv. p. 1. cap. 4. n. 16. Wilh. Ant. conclus. 15. Limn. de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 30.* qui tamen diploma & auctoritatem Principis requirens assertionem suam nec ex *l. ult. C. qui bon. ced. poss.* firmare valet. Et juris ratio est hæc, quod videlicet major pars creditorum approbat, illud jus facere videtur, perinde ac fit in judiciis, Curijs atque Collegiis, ut quæ numero vincit sententia, eadem rationis pondere quoque superior esse existimetur. *Fab. in Cod. lib. 1. tit. 7. def. 2. num. 2. Grot. d. J. B. lib. 2. cap. 5. n. 17.* Et omnium porro voluntate ac consensu Moratorium probari, si major tantummodo pars debitori annuerit, verè asseverabimus ex mente Sævolæ, qui, quod major pars Curiaë efficit, pro eo haberi jubet, ac si omnes egissent *l. 19. ff. ad munic. Schurff. cent. 1. consil. 59. n. 30.* Et hoc ipsum est, quod referri dicatur ad universos, quod publicè sit per majorem partem. *l. 160. §. 1. ff. de R. J. l. 39. ff. de re judic.* Deinde cum major creditorum pars in præjudicium partis minoris partem debiti remittere possit *per l. 7. §. ult. & l. 8. ff. de pact.* Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 3. Manz. d. decad. 4. q. 10. num. 8. Arnold. Vinn. de pactis cap. 17.* Ergò & dilationem solutionis indulgere valet, quidpe quod ei, cui plus licet, illud quod minus est, denegari non debeat. *c. 53. de R. I. in 6. Wehn. in verb. Anstand Brief. Maul. d. tit. 7. n. 19.* Quod hætenus de majori creditorum parte evictum, illud suis, iisque certis rationibus constat. Sed queritur, si quando major pars ex Chirographariis constiterit, si ique indulgentiam moratorium debitori fecerint, utrum per eos Hypothecariis præjudicari possit? Et

570

12

[Stamp]



Et ab initio quidem videtur ipsis Hypothecariis non levis injuria inferri, ut quibus mox satisfaciendum esset de facultatibus debitoris, licet Chirographariis nulla planè spes restitutionis relinquatur. Et Rescriptum D. Marci, quo remissio debiti à majori parte Creditorum facta reliquos obstringit, hypothecarios ab hoc vinculo exceptos voluit, *leg. 10. in fin. pr. ff. de pact.* Ratio sanè elegans hæc dari potest, quod nimirum interfit chirographariorum, pactionem ac remissionem factam debitori ab omnibus servari, ne is sese subtrahendo omnes eludat, cum non nisi ipsum debitorem convenire queant. At hypothecariis pactio vel remissio illa nil prodest, quidpe cum non esset, quem convenirent, hypothecaria agerent actione contra bonorum possessorem. *Br. ad d. l. 10. carpzov. in Jurispr. For. Rom. Sax. p. 2. constit. 22. de fin. 28.* Straccha. *de decoll. p. 6. n. 13.* Sed tamen clara est Sæntio Imperatoria hypothecarios quoque ex reliquorum creditorum promisso ac indultu obstringens. *lult. ibi: Nulla quidem differentia. C. qui bon. ced. poss.* Nam quod circa remissionem debiti D. Marcus hypothecariis specialiter concessit. *d. l. 10.* sana ratione in his terminis ad inducias extendi nequit; idque ob insignem diversitatis rationem. Siquidem induciæ moratoriæ nil planè de summa debiti auferunt & remittunt, sed ex humanitatis fundamento exactionem ejus ad certum saltem tempus suspendunt, quò spatium sese recolligendi relinquatur debitori, salvo tamen jure hypothecariorum reali, ex quo post terminum etiam lapsum chirographariis præferuntur. Quapropter concludimus, semper majorè creditorum partem inducias conventionales moratorias indulgere posse. *vid. Carpz. in Assl. deb. c. 4. n. 80. & seqq. Idem in l. F. R. S. p. 2. constit. 22. des. 29. n. 3. & 8. cum seqq. Manz. d. decad. 4. g. 10. n. 28. & 30. cum seqq.* Sed tamen hic exceptum volumus debitum juratum, in quo nec majora vota creditori præjudicare queunt. *Trentacinq. d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 11. Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 17. Everhard. in loc. arg. leg. loc. à vi juram. n. 31.* Aliæ autem hic repullulant quæstiones; Utrum tempore, quo dilatio moratoria conceditur, major pars in unum convenire debeat, & an hoc casu citandi sint absentes? utrumque affirmatur: Prius, quod quando à collegio con-

sensu



sensus sit explicandus sive à pluribus, ut singulis, quo in actu major pars præjudicat minori, semper debeant convenire Br. ad l. 9. n. 3. q. 2. q. pr. ff. de j. & j. propterea quia minor pars partem majorem ad suam sententiam trahere potuisset, ceu in simili est in l. 17. §. 7. in fin. ff. de recept. qui arbitr. Roch. de curt. in tr. de jur. patron. in verb. honorificum. q. 60. n. 93. Trentacinq. d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 2. n. 6. Posterius cum citatio illius semper requiritur, de cujus præjudicio agitur. l. 47. ff. de rejud. l. 39. ff. de adopt. Vant. in rubric. de nullitat. ex desol. citat. num. 6. & 7. Wurmser. 1. pract. obstet. 22. obs. 13. Et est peculiaris hujus citationis effectus hic, ut si aliqui emaneant, nihilominus possint præsentés a-ctum perficere. Wilh. Ant. d. tit. 6. n. 1. & seqq. n. 7. & seqq. Trentacinq. d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 2. n. 9. Dissentit Cardinal. Paris. vol. 3. consil. 100. Cum autem expeditum non est, quemam major dicatur pars creditorum, num hæc ex quanto debiti, vel numero creditorum æstimanda sit? Imp. Justinianus circa hanc rem non unum decidit casum. (1) namque rem ex quantitate debiti definit, ita ut si unus creditor aliis omnibus gravior in summa debiti inveniatur, omnibus in unum coadunatis, & reliquorum creditorum debitis computatis, ipse alios antecellat. Manz. decad. 4. q. 10. n. 14. 15. & seqq. (2) Si plures sint Creditores, ex diversis autem quantitibus, etiam tum amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans sit numerus creditorum. (3) si discrepans quidem reperiatur numerus, sed in pari quantitate debiti, hoc casu jubet Justinianea decisio, ampliorem creditorum partem seu numerum obtinere, ita ut, quod pluribus placeat, hoc statuatur. Manz. d. l. n. 21. (4) Si undique æqualitas emergit tam debiti, quam numeri creditorum, hoc casu Justinianus eos tunc anteponi præcipit, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias. l. ult. C. qui bon. ced. poss. Carpov. in sepe allegato Afylo deb. cap. 4. pos. 63. n. 87. & seqq. Manz. d. l. num. 26. Wilhelm. Anton. cit. loc. num. 15. & seqq.

Impetrantes Personæ, quibus Rescripta hæc moratoria justè conceduntur, sunt, quæ extra culpam novercales fortunæ affultus sustinuerunt, & facultatibus lapsi sunt. Non tamen solummodo privatis debito-

C

Handwritten notes and numbers in the top right margin, including '12' and '2'.

12

Recto stamp or mark on the right edge of the page.



- debitoribus ea indulgentur, verum etiam Universitatibus & Collegiis, ganzen Gemeinen/ Städten/ Flecken/ Dörffern und Zünfften/ si quando in eam egestatem devenerint, ut ipsis succurri necesse sit, per *L. 2. §. 4. C. de prec. Imp. off. l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Recept. Imp. de Anno 1548. tit. von verdorbenen Kauffleuten/ Mevius in *discuss. levamin. in op. debitor. c. 4. sect. 8. n. 8. in fin.* Limn. de *I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 333.* ita ut
39. Syndicus Universitatis nomine, capere ac impetrare possit. Hillig. in *Donell. enucleat. lib. 22. c. 9. lit. H.* Fab. in *Cod. lib. 1. tit. 9. def. 18.* idque colligitur ex generalitate textuum indistinctè de quovis debitore obæratato loquentium, qui propterea generaliter & indistinctè accipiuntur. Wilh. Anton. *d. tr. tit. 7. conclus. 18. n. 1. §. seqq.* adeo ut tutius esse
40. scribat, Universitati indulgere Moratorium dilationem, quam privato alicui; differentia pondus in eo constituens, quod privatus de solutione desperans fidem fallere & fugam struere possit, Universitas verò fixam habeat sedem, & exactio nibus perpetuo obnoxia sit. Ita quidem ut durantibus induciis fidejussionem, aliamque cautionem sufficientem ab illa efflagitare vix sit operæ pretium. *n. 49. §. seqq.*
41. Impetrans verò hoc beneficium probare debet, non solum citra culpam suam in eam calamitatem, puta incendio, ruina, naufragio, furtis, rapinis, & simili casu fatali sese incidisse, verum etiam eam calamitatem præsto esse, qua neutiquam se neque ipsum extricare potest; cum sit certi juris, eum, qui se in aliqua qualitate fundat, eam liquidò probatam dare oportere per *L. 9. C. qui accus. non poss.* & sic in dubio exceptio inopiæ erit probanda, uti etiam in *Cam. Imp. An. 1530. 30. Mart.* pronunciatum refert Barth. *part. 1. select. sentent. pag. 1095. lit. B. zw. E. C. wider C. D. ist der Veschaid. wil D. Schwappach die angezogene exceptiones inopiæ, wie rechts/ darthum u. beweisen/ das sol gehöret werden; Und ihuedas oder nicht/ sol alsdann in der Sache ergehen/ was Rechts i^r Thom Maul. in *tr. de cess. bon. tit. 7. n. 35.* Mevius in *discuss. levamin. in op. deb. c. 4. sect. 8. n. 7. 8.* Limn. *d. J. P. lib. 4. c. 8. n. 335.* qui ponit, quòd supplicans non tam probare debeat, se facultatibus lapsus, quàm qualitatem illius infortunii, quæ qualitas debet articulari & probari secundum receptum stilum. In curia verò Principis documenta paupertatis*
- fide



fide digna ad probandam paupertatem exhiberi possunt, N. N. de Anno 1548. & 1577. *ii.* von verdorbenen Kauffleuten, *ibi:* Wir und unser Nachkommen Römische Käyser und Könige seyn dann von der Obrigkeit / darunter solche verdorbene und aufgestandene Kauffleute gefessen zuvor eigendlich berichtet und vergewisset / und daß dieselbe Kauffleute gläublich erkunden / und Schein fürbringen / daß sie auß unversehenen &c. Petr. Denail. *jur. Cam. tit. 145. verb. Induciae. Specidel. in notabil. hist. jurid. polit. verb. Quinquennel.* Illis enim documentis à Magistratu loci ordinario datis paupertas sine dubio probatur. E. verhard. Speckhan. *cent. 1. 9. 38. n. 22.* Uti in casu cessionis bonorum in Cam. Imp. pronunciatum commemorat Barth. *select. sentent. p. 3. fol. 273. Anno 1551. 27. April.* In der Execution Sache P. B. wider K. D. ist erkandt / daß gemeldter D. noch zur Zeit in die Höfen der Achte nicht zu erklären: Sondern von Amtes wegen der Bescheid: wolle und möge er auff fürbrachte Urkunde der Armuth / wie sich Vermöge der Nechten / und des Orts landläuffig / in 6. Wochen und 3. Tagen den nächsten / nach Ersuchung bonis cediren / dazzu soll er hiemit gelassen seyn / und er thu das oder nicht / alsdann der angebotenen Caution halber oder sonst auff fernere Handlung / endlich zu geschehen was recht ist / *Et in Anno 1552. 18. Novembr.* In der Execution-Sache E. Weyland & D. Witibenz wider E. N. und seinen Mitverwandten ist der Bescheid: So fern N. und seine Mitverwandten nochmalts gebürtlicher Rechnung / und vermöge der Urtheil 27. Augusti Anno 50. ergangen auffsetzter Cession gläublich Urkund fürbringen wird / daß alsdenn gebetener arctor Executorial halber endlich ergehen soll was recht ist / *Ille nunc difficultas hic se offert; si debitor literis testimonialibus vel aliâ ratione paupertatem probare non possit, annon in subsidium juramento sit locus? quod forte nemo negabit, nec hoc displicuisse videtur Augustissimo Imp. Ferdinando II. in Moratoriis literis Imperiali Civitati Goslariz Anno 1624. concessis ibi:* Sie auch da einiger zweiffel hiebey fürfallen solt / dieselbe mit gutem reinem / ungeserbtem Gewissen eidlich bezeugen und erhalten / auch in diesem event. und unser gnädigsten Erkändniß und Resolution ihrer abgefertigten Apertur, dieselbe in ihren Namen /

C 2

und

43.

44.

[REDACTED]

- und in ihre Seele eyndlichen zu bereuen/ und zu assureiren, in specie be-
 fehliger und bevollmächtiget /etc. Ut vero debitor illas inducias cum
 effectu impetrare possit, debet probare & ostendere, quod in illud in-
 fortunium post debitum contractum inciderit, uti SCto quodam Pa-
 risiensi Anno 1533. 1. Decembr. conclusum fuisse refert ex Petro
 Matthæo in not. ad Guid. Pap. decis. Gratianopolit. q. 100. Stuck. exercit.
 Justin. p. 2. dec. 6. assert. 3. & Joann. Papon. rerum in Franc. judic. lib. 10.
 tit. 9. arrest. 1. probat arresto Parisiensi 1. Decembr. An. 1533. emanato
 idem in cedente bonis obtinere aliquibus regiis constitutionibus Re-
 gis Johannis, Regis Ferdinandi, & Regis Alfonsi confirmat Carol. de
 Graff de Except. cap. 17. n. 27. vid. Anton. Fab. in Cod. rer. Sabaud. jud.
 lib. 1. tit. 9. def. 10. n. 18. Hillig in Don. enucleat. lib. 22. c. 9. lit. H. Wilh.
 Ant. d. r. concl. 22. n. 1. & n. 49. cum seqq. Trentacinq. lib. 3. de solut. reso-
 lut. 1. n. 17. & 18. quod evitet suspicionem fraudulentum contractus, quem
 iniisse videretur contrahens, & sciens se solvendo non esse, Fab. in
 Cod. tit. 9. def. 20. n. 18. Hillig. cit. loc. lit. I. Farinac. in prax. crimin. tit.
 45. de Carcer. l. 1. tit. 4. q. 29. n. 38. Deinde tenetur depauperatus satisfacere
 creditoribus, se finitis induciis ipsis esse soluturum, etiamsi in referi-
 pto talis cautio sit remissa, ac propterea fidejussionem idoneam præ-
 stare. l. 4. C. de prec. Imp. off. Maul. d. l. n. 4. & seqq. Wilh. Ant. d. r. tit.
 47. 8. conclus. 49. n. 1. & seqq. Non verò circa hanc fidejussionem inter se
 conveniunt Dd. Quidam enim eam præcisè necessariam; Quidam
 eam usu remissam statuunt: Illi ex d. l. 4. expressè inferunt, ea nisi
 præbeatur, beneficio huic locum non dari. Gail. 1. observ. 46. n. 14. sed
 rectè debitorem carceri mancipari Wurmsfer. lib. 1. tit. 28. obs. 9. Ra-
 tionem ponunt, ne debitor bona, quæ salva adhuc habet, durantibus
 induciis consumat, aut cum istis aufugiat, atque ita utroque modo cre-
 ditores juribus suis defraudet. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 128. & seqq.
 48. Carpzov. in Assl. deb. cap. 4. pos. 61. n. 28. Hancque fidejussionis neces-
 sitatem adeò extendunt, ut ne Principem quidem ipsum eam remitte-
 re posse statuunt, ne Rescriptum ejus creditoribus fiat captiosum, arg.
 49. l. 8. pr. ff. de prator. stipul. Wurmsfer. d. observ. in fin. Nos tamen potius
 hanc, quam eorum amplectimur sententiã, qui scribere adamant, fide-
 jussi-



387

Handwritten notes and numbers, including '12' and 'num. 2.'

jussionem usu esse remissam: inter quos eminet Zanger de except. p. 2.
 c. 12. n. 4. fundamentum suæ assertionis querens in *Ordinat. Politic.*
August. de Anno 1548. & Francosurr. de Anno 1577. tit. 23. quæ nul-
 lam fidejussionis necessariæ facit mentionem, Trentacinq. d. tit. de so-
 lut. resolur. i. n. 9. Hillig. ad Don. enucl. lib. 22. lit. N. propterea quod à
 præcepto fidejussionis nondum recesserint Imp. in d. l. 4. C. de precib.
 Imp. off. nec desuetudo hætenus probata sit. Frivolum itaque
 est fundamentum ex *Ordin. Politic. Imper.* petatum. Nam ut ma-
 ximè concesserimus, ibi expresse fidejussionis necessariæ non injici-
 mentionem, verum tamen & illud est, nec verbulo ibi eam etiam im-
 probari, minus verò, eandem ibi expresse remitti, aut in totum abro-
 gari. Accertè opus non fuit expressa ejus repetitione, postquam de
 fidejussione Constitutio Imp. antiqua in d. l. 4. creditoribus satis
 prospexerit, à qua Cæsaream Majestatem cum Statibus Imperii d. *Polit.*
Ordinat. recedere voluisse tantum abest, ut eam potius tacite & generaliter
 dd. Constitutionibus approbasse censcantur; veluti evincunt
 verba d. *ordin. Polit.* Und dem gemeinen Rechten nach gegen ihnen ge-
 handelt werden &c. vid. omnino *Limn. d. c. 8. num. 338. 339. & 340.*
Carpzov. d. l. n. 30. multisque seqq. Anton Faber, in *Cod. lib. 2. tit. 2. des.*
26. d. 21. n. 2. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de solur. resol. 1. n. 6. Guid.
 Pap. decis. 109. Card. Tusch. comm: concl. 383. num. 2. & 16. lit. M.
 Et secundum hanc sententiam Antecessores h. A. ad requisitionem ci-
 vis Mindensis non ita pridem respondisse à Dno Decano mihi relatum
 est. Sicuti igitur in præcedentibus expresse jus commune observan-
 dum esse dicitur, ita in posterioribus, si jus commune non sit obser-
 vandum, expresse idem adjiciendum est. Scopus namq; d. *Reform. Polit.*
S. ult. est determinare, quibus Imperator inducias concedere possit, ac
 debeat; at quomodo possit, & quousque ex sint validæ, non explicat.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

Hæc verò cautio tunc præstanda est à debitore, si creditores
 insistent petitione sua, eamque urgeant, cum de eorum, non principis
 præjudicio & eventuali damno agatur. Trentacinq. d. resol. 1. n. 8. Gail.
 2. obs. 46. n. 14. *Limn. d. l. n. 37.* Hillig. ad Don. enucl. d. l. lit. N. & alias
 trita est regula, quod judex non nisi imploratus possit officium suum
 impertiri. l. 4. §. 8. ff. de damn. infert. Thom: Maulius, de cession: bonor:
 tit. 7.



56. *tit. 7. n. 6.* Et ita in causa moratoria biennialium à 4. nobilibus fratribus der Schulte zu Bieren und Altenlinde iteratò impetratarum Facultas juridica Marpurgensis sub finem Decemb. Anno 1635, respondit. Wilhelm: Anton: *d. conclus. 49. n. 120.* nisi in Rescripto esset, præfixum tempus ad præstandam creditoribus cautionem, tunc n. non est opus petitione Creditorum ex Carol. de Grass. *in tr. de Except. cap. 132. n. 100. Maul. d. l. n. 6. & 16.* Procedit verò supradicta opinio de præstanda fidejussione, si debitor fidejussores idoneos reperire possit. Si enim ob paupertatem vel aliud impedimentum talem satisfactionem præstare nequeat, poterit pignoribus sufficientibus, si quæ habeat, cavere & sic induciis gaudere. Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 175. n. 5.* addens ex apostilla Romana ita quotidie praticari. Carol. de Grass. *de except. cap. 32. n. 122.* Vincent. Caroc. *de remed. contra sentent. præjud. except. 168. n. 26.* Joann. Stuck. *exercitat. justin. p. 2. decad. 6. assert. 12.* Wilhelm. Anton. *conclus. 49. n. 148. & mult. seqq.*
58. Imo si debitor nec pignora habeat, non eo minus induciis uti potest præstita cautione juratoria super debiti solutione, aliàs enim rescriptum moratorium sine effectu esset concessum, & ita in terminis Anton. Tessaure. *decis. pedemont. 186. n. 7.* Jacob. Anton. Marta. *digest. noviss. tom. 1. tit. debitori. c. 33.* ubi sic in Collegio decisum tradit: *Et sit: de dilation. cap. 48.* ex Cæs. Barz. *decis. Bononiens. 78.* Dominos ejusdem Rotæ idem existimasse testatur Carol von Hagenl *de induc. morat. th. 33.* Paul. Christin. *decis. Belgic. vol. 2. decis. 70. n. 6.* nec desunt Interpretes juris, qui statuunt in Germania hunc morem præstandæ cautionis juratorix invaluisse. Zanger. *de except. p. 2. c. 11. num. 4.* quem secutus Stuck. *exercit. justin. p. 2. decad. 6. assert. 2. lit. H.* Quam sententiam utpote juri repugnantem non admittimus. Quod verò diximus de præstatio ne juratorix cautionis cum hoc temperamento est intelligendum, nisi subsit metus & suspicio dilapidationis bonorum, fugæ & dolosæ machinationis. Non incommodè hic illa quæstio subjungitur, an à debitore, qui illas inducias impetrare vult, juramentum calumniæ à Creditoribus exigi possit? Negantem sententiam veriorerem putamus, quia in Imp. constitutionibus id non requiritur, & facta probatione paupertatis cum sua qualitate suspicio calumniæ cessat; si verò



si verò probabilis suspicio calumniæ emergat, illud juramentum exigi potest. Guilh. Anton. de Freundenb. *conclus. 29. n. 37. & seq.*

Non tamen omnibus indiscriminatim depauperatis & egenis hoc beneficium indulgeri convenit, sed iis, qui fortunæ asperitate & creditorum mole oppressi ad extremam redacti sunt inopiam; Unde nec hoc privilegio, nec ulla unquam misericordia digni sunt improbi debitores, decoctores, falliti & Bancæruptores, verdorbene Kauffleute muhewillige Banckrottirer/Leut-Betriegel/ welche das ihrige verspielen/verschleimmen/ und sonsten mit prächtigen Kleidern unnützlich verbringen/ quod sua culpa hanc calamitatem sibi accersiverint, bona sua dissipando aut dilucendo profuderint, l. 17. §. Lucius 1. ff. *quæ in fraud. cred.* & in publicas leges deliquerint, Limmæus de l. P. l. R. lib. 4. c. 8. n. 334. Hillig. in *Don. enucl. d. lib. 22. c. 9. lit. H.* Befold. in *the-saur. pract. Lit. Q. in verb. Quinquennel vers. & hujusmodi litera.* Arnold: *Vinnius in jurisprucl. Contract. p. 2. l. 3. cap. 52. Argentoratens. Vol. 2. conf. 67. n. 22. & conf. 95. num. 12.* Wilh. Ant. d. *tr. tit. 7. conclus. 21. n. 1. 3. & seqq. & conclus. 23. per tot.* Hi etenim potius poena illa digni sunt, cujus mentio fit in *Ordinar. Politic. de Anno 1577. tit. 23. §. So setzen/ ordnen und wollen wir/ etc. & de Anno 1548. tit. von verdorbentir Kauffleuten: ibi: So setzen ordnen und wollen wir/ etc.* Quo cum convenit Decretum illud Civitatum Hanseaticarum Anno 1620. promulgatum; ubi sancitur, daß über die muhewillige Fallirer und Banckerottirer auff solchen Fall nach vorgebender Declaration nicht allein die Schand-Blocke geläutet/ sondern sie auch mit öffentlicher Aufstellung an den Pranger ewiger Verweisung/ auch nach vermerckten Umständen als Dieb oder Falsarii an Leib und Leben sollen gestraffer werden/ etc.

Hodie ubique locorum in Germania horum decoctorum poena est CARCER PUBLICUS der Schuld Thurn. Cum enim ubique locorum, ubi juris Saxonici dispositio in observantia erat, olim moris esset, ut debitor non solvendo existens ad manus creditoris traderetur, qui eum compedibus vel vinculis inclusum tenebat, ejusque servituti tamdiu utebatur, donec operis suis, vel alia ratione integrum debitum

583

H. 2
12

12

[REDACTED]



- bitum dissolvisset, Bened. Carpz. in *Juriſpr. For. Rom. Sax. p. 2. conf. 2. 2. def. 1. n. 9. & ſeqq.* ceu adhuc hodie Lubecenſi jure ſtatutario ita obſervari tradit, Mevius *ad juſ Lubecenſ. lib. 1. tit. 3. artic. 1. n. 91. & ſeqq.*
65. Hic rigor atque remedium' compenſendæ decoſtorum frequentie non ſolum in provinciis Elektoratus Saxoniciſ, verum etiam aliis in locis in pœnam carceris publici fuit immutatum, id. Benediſt. Carpzov. *d. l. def. 2. num. 6.* obſervatis tamen ſequentibus requiſitis, niſi creditor nimis ad hanc pœnam accelerans, ratione injuriarum debitori ad damnum reſarciendum, & lucrum ceſſans reſtandendum teneri velit, *l. 31. §. 5. ff. de reb. aut. jud. poſſid. l. 15. §. 31. & 33. ff. de injur.* Primum autem eſt requiſitum, ut debitum ſit liquidum ac verum. Mevius *d. l. num. 56.* Secundum, ut incarceration decoſtoris fiat a judice competente. Tertium, ut excuſſio bonorum procedat. Quartum, ut conſtet decoſtorum ſua culpa ad paupertatem reductum fuiſſe & fraudulentè plura debita, quam ſolvere poteſt, contraxiſſe. Quintum, ut cum creditoribus ſuis tractandi facultas ei relinquatur. Carpzov. *d. l. def. 2. n. 14. & def. 3. 4. 5. & 6.* ubi ſciendum, ſic incarceration ex eleemoſynis vivere debere, Koppen *decif. 29. n. 26.* Carpzov. in *I. F. R. Sp. 2. conſtit. 22. def. 2. n. 10.* Qui tamen hoc ita reſtringit, & tunc debitorem a creditoribus alendum eſſe aſſerit, quando ex tranſeuntium eleemoſynis tantum colligere nequit, quod ad ſuſtentionem ſibi ſufficit. Hoc tamen obſervato, ut debitor, ſi ad meliorem fortunam pervenerit, ſumtus atque expenſas a creditoribus factas reſtituat, ſi alias poſt factam debiti ſolutionem e carcere liberari velit. Carpz. *d. l. n. 12.* Tuſch. *pract. conſcluſ. rom. l. lit. C. conſcluſ. 90. n. 7.* Mevius *d. l. n. 72.* Nec ab hac pœna immunes ſunt Nobiles, Doctores, Milites, aliaque perſonæ privilegiatæ, quæ dolo, fraude & dilapidatione facultatibus ſuis ſunt lapſæ. Berl. *p. 2. conſcluſ. 28. num. 30.* Carpz. *d. l. def. 18. n. 9. & ſeqq.* quemadmodum nec ſidejuſſor, ſi ſolvendo non reperiat. *de fin. 20. n. 1.* Mevius *d. l. n. 52. qui n. 54. & ſeqq.* hoc reſtringit quoque ad debitoris heredes, ſi ſine Inventario hereditatem adierint. Et tradit. Coler. *de Proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 151.* quendam Doctorem petulantem per aliquot annos ita in carcere publico delituiſſe, donec creditoribus ſuis ſatiſfeciffet. Sequuntur
- 70.



387

quantur Straccha de Decoctor. p. 6. n. 20. Trentacinq. d. l. de solut. resol. 2. n. 10. Hering. de fidejuss. d. c. 5. n. 103. & seqq. Petr. Heig. in qq. jur. Saxxon. p. 1. q. 35. n. 43. & seqq. Sed tamen exemptæ sunt mulieres, nisi semet speciali pacto ad carceres obligaverint. Carpz. d. l. def. 19. n. 5. & 10. Si verò Creditores de jure suo aliquid remittere, & suâ culpâ decoctori indulgere velint, pœna illa cessat, Stracch. d. p. 6. c. 20. Nicolaus Schaffhaus. de prescript. Morat. assert. 19. Carolus von Hagen de induciis moratoris thes. 13. Wilhelm. Anton. d. rescript. Morat. conclus. 23. n. 16. Dissentit M. Anton. Cuchus de morat. prescript. n. 30. & seq. Sic quoque privilegium moratorium debitori factum cessat, quando in libello supplicii debiti qualitas non est narrata. Recess. Imp. de Anno 1548. Tit. von verdorbenen Kaufleuten. ibi: Wo aber die anderer Gestalt/ und mit verschwiegener Warheit außbracht / oder erlanget werden / alsdenn sollen sie krafftlos und unverrâglich seyn / und das für gehalten werden / Limn. de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 343. adeoque necesse est, ut debitor paupertatem, & quo ex infortunio haut solvendo fuerit factus, probet, & quidem testimonio Magistratus judiciali, sub quo domicilium fovet. Ordinat. Polit. de Anno 1548. Wehner. in verbo Anstand Brieff. s. ult. in fin. Limn. d. l. n. 363. Carpzov. in asyl. deb. cap. 4. pos. 61. n. 26. Hering. de fidejuss. d. c. 5. n. 124. Thom. Maul. de cess. bon. tit. 7. n. 3. Wilh. Anton. conclus. 29.

Præterea hoc indulto non fruitur, qui judicio convictus per illud sententiæ & judicati executionem remorari intendit, contra l. fin. C. ut lit. pend. idque ob hanc rationem, ne res judicata suo effectu careat. c. cum aliquibus. X. de sent. & re jud. Cammer Gerichts Ordnung. p. 3. tit. 48. ibi: Die weit ein jedes Urtheil/ so dem nicht gebührliche Vollstreckung geschiehet/ wenig Frucht bringet/ &c. Gail. 2. de pac. publ. obs. 17. n. 1. & lib. 1. obs. 113. n. 16. Myns. cent. 3. obs. 68. Fab. tit. 9. def. 4. & def. 20. n. 3. Trentacinq. d. tit. de solut. resolur. l. n. 21. Knichen. in Comment. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 462. Maul. d. l. n. 23. Wilh. Ant. d. tit. conclus. 28. Limn. d. l. n. 343. Hillig. in Don. enucl. lib. 22. c. 9. lit. H. Dissentit M. Anton. Cuchus in tract. de morat. prescr. n. 112. & seq. qui n. 117. distinguit inter sententiam in curia suprema, & judicæ inferiori

D

inferiore



- inferiore latam, in quam sententiam etiam inclinat Vincent. Carocius
de remed. contr. prejud. sentent. c. 168. n. 12. quorum argumentis haud
 75 difficulter occurri potest. Si verò quis suâ sponte à Magistratu se
 condemnari sit passus, induciæ moratoriæ non auferuntur, uti limi-
 tando temperavit hanc sententiam Anton. Tessaure. *decis. Pedemont.*
186. n. 7. ubi ait, ita in Senatu Pedemontano observari, vel eum de-
 bitor à creditore obtinuit, ut iudicati novatio fieret *arg. l. fin. C. d. usur.*
rei iudicat. & ita Senatum Pedemontanum decidisse testatur Ant-
 Faber. *in Cod. rer. in Sabaud. iudic. lib. 1. tit. 9. de fin. 4.* qui tamen in *Cod.*
suo lib. 1. tit. 12. d. 16. hanc limitationem novo temperamento restrin-
 git, nisi ex liberalitate creditoris debitor inde quid acceptum ferat, &
 ita statuisse Senatum pro D. Philiberto Milliet Episcopo Mauriniensi
 76 contra Claudium Permollet 8. Februar. 1596. Quemadmodum nec
 hoc beneficio gaudet, qui debitum fuerit inficiatus, propterea quod
 inficiantibus jura non faveant. *per l. 10. §. 1. ff. de fidej.* Vincent. Ca-
 roc. *de excuss. bon. p. 2. q. 69. n. 2. & seqq.* Mynt. *cent. 2. obs. 15. n. 8.* Tren-
 taci. *q. d. tit. de solut. resolut. 1. n. 8. & resolut. 2. num. 13. & 14.* Coler. *de*
process. executiv. p. 1. c. 10. n. 397. Hillig. *in Don. enucl. d. lib. 22. c. 9. lit.*
 77 *Æ.* Petr. Paul. Paris. *vol. 3. consil. 100. n. 6. & seqq.* Quare si animo ti-
 tubante debitor allegaverit, als were ihm die Schuld vergessen und auß-
 der Acht kommen/ hoc casu illi hoc beneficium adhuc dari posse, affir-
 mant Caroc. *d. l. n. 34.* Hering. *p. 1. c. 27. n. 219.* Willh. Ant. *d. rr. tit. 7.*
 78 *conclus. 25. n. 1. 8. & subseqq.* Sic minus indulgentur induciæ illi, qui in
 instrumento obligatorio huic beneficio expressè, juratò & injuratò
 rennunciaverit. Anton. Tessaure. *decis. Pedemont. 186. n. 8.* qui refert ita
 sæpius hoc in casu à Senatu Pedemontano judicatum Anno 1573.
 3. April. & An. 1587. 7. Apr. referente Illustriss. Cravetta Aymonis fi-
 lio. Anton. Faber. *in Cod. rer. in Sabaud. iudic. lib. 1. tit. 9. d. 20. n. 14.*
 25. & meminit V. Wilhelm. Anton. *de Morat. tit. 7. concl. 26. n. 33.* se vi-
 disse syngrapham, & antapocham, in qua magnus quidam Princeps
 79 creditori suo eum renunciatione hujus beneficii se obligavit. Cujus re-
 nunciationis vis est, quod debitor hoc beneficio contra creditorem u-
 ti non possit, & elegans præjudicium præbet rescrip. à Augustissimi
 Imp.



Imp. Ferdinandi II. qui postquam civitati G. contra omnes creditores
 mortatorium concesserat, ad literas supplices Ulrici Spörefens / mu-
 tuum pupillare 4000. Imper. thalorum ab ea concessione separatim
 esse voluit. VVilh. Anton. tit. 12. concl. 71. n. 50. ibi. Wann uns aber
 bemelter Sporeck dabenebenst auch gehorsamst zu erkennen gegeben / und
 auch emer obberührtes Darleihens aber gegebene obligation mit sich
 bringet / das ihr in dieser Schuldforderung allen und jeden moratorien
 und indulten renunciiret, &c. Quod multo magis obtinet, si renuncia-
 tio sit iuramento corroborata. Quidpe quod ad iuratum Princeps
 in dubio haut derogare videatur, Manz. in patroc. deb. decad. 4. q. 9.
 n. 54. Carpz. in aspl. debitor. v. 4. pos. 62. n. 51. VVilh. Ant. in tr. de Reser-
 morator. tit. 7. conclus. 30. n. 2. & seqq. & conclus. 26. quod enim semel re-
 pudiatum est, id redintegrari vix conceditur. *h. alt. circ. fin. C. de condit.
 insert. l. 33. C. de transact. c. 28. X. de iurej. Limn. d. l. n. 343. Hillig. in Do-
 nell. enucl. lib. 22. c. 9. lit. M.* nisi iuramenti vel renunciacionis huius
 ad instantiam & petitionem debitoris in Rescripto & Dispensatione
 expressa fuerit facta mentio. Quod idem obtinet, si quis sub poena
 promissit, se non impetratum esse moratoriam dilationem, quando
 de ea specialis fuit facta mentio, tunc namque impetrans non inci-
 dit in poenam. Thom. Maul. in tr. de cession. bonor. tit. 7. num. 29. & seqq.
 Nam potestas absolvendi à iuramento seculari etiam Principi compe-
 tit, *Cammer Gerichts Ordnung. p. 2. tit. von relaxation der Eydt. 24.*
Mynf. cent. 3. obs. 99. qui facultatem hanc relaxandi iuramentum ad-
 scribit Cameræ Imperiali. n. 3. Manz. in patroc. deb. decad. 4. q. 9. n. 58
 & seqq. VVilh. Anton. d. l. n. 37. qui tamen n. 38. & seqq. vim iuramen-
 ti huius potius differri, quàm penitus absorberi censet. Inde minus re-
 tē sentiunt, qui Principi seculari potestatem absolvendi à iuramento
 prorsus denegant, & Præsuli Romano soli relinquunt. *Limn. d. l. n.
 343. Hillig. d. l. lit. M.* Contrarium tamen videtur velle jam citatus
 Maul. d. l. n. 32. & 33. Denique hęc quæri potest, An etiam Judæi mora-
 toria impetrare poterint? quod affirmamus cum Carolo von Hagen
 de induc. morat. thes. 10. per tot. VVilh. Ant. tit. 7. conclus. 19, qui argu-
 menta contraria diluit.

D 2

Non

385

H. 2
Myn. 2

12

88

80.

78

88

81.

83

82.

83:

84.

[Stamp]



- 85 Non possumus autem non attingere post personas, quæ DEBITA ET OBLIGATIONES huic beneficio non sunt obnoxie: Si quidem earum nonnullæ vel respectu sui, vel respectu personarum, quibus debentur, inducias non admittunt.
- 86 Adeoque 1. contra Ecclesiam, aliamque piam causam illæ non porriguntur. *arg. l. 43. ff. de relig. & sumt. fun.* ne Princeps contra religiosos quicumque rigoris attentasse videatur ex Menoch. *de arbitr. jud. 99. cas. 203. n. 201.* Carpov. *in aspl. deb. c. 4. p. 62. n. 49.* Maul. *de cess. bon. tit. 7. n. 17.* Limn. *in l. p. l. R. lib. 4. c. 8. n. 342.* Nicol. de Pass. *in tr. de privat. script. lib. 3. g. 5. n. 65. & 66.* Wilhelm. Anton. *d. t. 7. concl. 32.*
- 87 secundum quem hoc procedit quoque in Decimarum & Eleemofynarum debitis ac præstationibus, non minus ac in lytro pro captivis persolvendo. *n. 19. 22. & 31.* Quam tamen assertionem Carpov. *d. loc. restringit*, ne Ecclesia privilegium suum nimis acerbè contra summa paupertate oppressum exerceat, quod ejus proprium sit, egenorum rationem habere. Hillig. *in Donell. enucl. lib. 22. c. 9. lit. M.*
- 89 Quod 2. idem de Pupillis ac miserabilibus personis asserendum post Menoch. *cir. loc. & Manz. decad. 4. g. 9. n. 69.* tradit Carpov. *d. l. n. 50.* quia Ecclesia & Pupillus quoad concessa privilegia æquiparari solent. *c. 1. X. de integr. restit. æquiparatorum* autem idem est iudicium. Manz. *d. l. n. 70.* Trentacinq. *d. resol. 1. n. 14.* Maul. *d. l. num. 34.*
- 88 Wilh. Anton. *d. tr. conclus. 33.* modò se aliter exhibere non possit pupillus, nec ex dilatione grave dispendium sentiat, tunc n. major meritò favor egestatis, quàm ætatis. Hillig. *d. l. Manz. d. l. n. 71.* cum quo temperamento ab Imp. Ferdinando II. civitati G. moratorium est concessum ibi: *Als haben wir ihnen solchen nach / auch in Betrachtung sie des aller unterthänigsten Erbietens seits / dieses ertheilte moratorium, und aller gnädigen ertheilten Anstand gegen keinen privilegirten Creditoren, als contra Ecclesiam, causam piam und pupillos, oder ander eximirte Personen zu gebrauchen / sondern den jenigen inmittels das ihrige nach aller Möglichkeit / c&c.* Quod tamen fallit, si pupillis vel etiam privilegiatis personis nomina vel actiones in fraudem moratorii sint cessæ, quò collimat Imp. Ferdinandus II. in prorogatione
mora



moratorii Goslaricnsis ib. wclm. eglische ihret Creditorn zu Abbruch und
Schmäherung dieses erlangten Moratorii ihre Siegel und Briefe an
Dmündige und Gotteshäuser veralieniren, und sonst bey Ertheilung
solche dergleichen Personen zuertheilen/ etc.

3. Non extenditur hoc indultum ad debita Opificum & merce- 91
nariorum, qui operâ suâ & quotidiano sudore se suosque sustentare
solent; his enim ob laborem personæ debitor est obligatus, hæcque
debita non solum jure divino ut *Levit. 19. v. 13. Dent. 24. v. 14. & 15.
Matth. 10. vers. 10. 1. Tim. 5. v. 18.* multum sunt privilegiata, sed & ple-
risque in locis aliis præferuntur creditoribus tanquam magis privile-
giata. Quin si hoc procederet, daretur causa delinquendi. Nam pos-
set aliquis multos opifices conducere, & opere perfecto hujusmodi
litteras impetrare Maul. *d. l. n. 24. Hillig. in Don. enuc. lib. 12. c. 9. lit. M.
Wilh. Anton. d. tr. tit. 7. concl. 44. Limn. d. l. n. 342. Hartm. Pift. p. 1.
9. 8. n. 1. & seq. Manz d. decad. 4. 9. n. 64. & seqq. Carpz. d. l. n. 54.*

4. Hoc beneficio est exemptum, quod debetur inopi, & ma- 92
jori paupertatis necessitate oppresso. Anton. Fab. *d. t. 9. def. 20. num. 7.
Limn. d. l. Hillig. in Don. enuc. d. l. Wilh. Anton. d. conclus. 44.
num. 17. & seqq.*

5. Huc non refertur quoque, quod post Rescriptum est con- 93
tractum æs alienum. Anton. Fab. *d. t. 9. def. 1. n. 2. def. 6. n. 4. & def. 10.
n. 2.* Quo optimè referrî potest pretium rerum comestibilium seu 94
eduliorum in foro venalitia ad quotidianum usum emtorum; quo-
rum propterea major habenda est ratio, quia publica utilitas exigit, ne
necessarium hoc eduliorum commercium impediatur, & homines
fame pereant. Fab. *d. t. 9. def. 11. n. 4. Limn. d. l. Hillig. d. l. Manz. d. de-
cad. 4. 9. n. 76.*

6. Exclusa sunt debita alimentorum, nisi & hoc specialiter ex- 95
pressum sit, quia eorum favor præponderat omni causæ. *l. 6. & 7. ff. de
pignor. quin in star. piæ causæ causa alimentorum habetur. l. 14. §. 1.
ff. de aliment. vel cib. legat. Nov. 131. c. 13.* Unde dilationem non patiu-
tur. *l. 2. ff. de fer. sed summariter veniunt terminandæ. l. 5. §. 8. ff. de
agnosc. & alend. lib. Surd. de aliment. tit. 8. priv. 2. n. 1. Zanger. de ex-*

D 3

cept,



- cept. p. 1. c. 1. n. 18. Maul. de cess. bon. tit. 7. n. 27. ita ut propter summum periculum famis ensis acutissimi retardatio alimentorum nulla esse debeat. Surd. d. l. privi. 70. Nicol. de Passid. lib. 3. q. 5. num. 64. Limn. d. l. Wilh. Ant. d. tr. tit. 7. conclus. 40. n. 19. & seqq.
96. ¹⁷ Dotis quæ nullum quovis prætextu retentionem seu retardationem admittit. Linn. §. 5. C. de rei ux. act. Petr. Peck. de jure sistend. c. 4. §. n. 20. Maul. d. l. n. 29. Wilh. Anton. concl. 41. cui assimilari refert causa studiorum. Limn. d. l. Hillig. in Don. enucl. lib. 22. c. 96. lit. M. Wilh. Ant. conclus. 42. n. 10. Hillig. in Don. enucl. lib. 22. c. 96. lit. M.
97. ¹⁸ Causa depositi sub his induciis non continetur. l. pen. junct. Auth. sed jam cautum. ibi: depositi. C. de pos. ex specialis hæc ratione, quod depositum ad arbitrium deponentis sine ulla mora restitui debeat. d. l. pen. C. de pos. Fab. d. e. 9. def. 20. Hillig. d. l. Wilh. Anton. tit. 7. concl. 39. & quia ob exuberantiam bonæ fidei à deponente habitam erga depositarium, depositi causa in pluribus aliis casibus est privilegiata. Manz. d. decad. 4. q. 8. n. 79.
98. ¹⁹ 9. Quam admodum etiam non accensetur, causa Commodati & pignoris; Illius, si usus sit expletus & finitus, in quem res commodata est. l. 17. §. 3. ff. commod. hujus; si debitum sit ex solutum, & satisfactio ita præstita, ut creditor retinendi pignoris nullam legitimam causam habere possit. l. 9. §. 3. ff. de pignor. act. Requiritur tamen, ut res vel commodata vel pignori data extet, ejusque restitutio debeat. Ubi hæc ratio subest, quod domino rem suam reposcenti nullo prætextu ea negari possit, nec ulla juris dispositio permittat, ut quis aliena retineat, aut cum alterius damno locupletetur. l. 8. §. 22. ff. de transact. l. 28. ff. de dol. mal. l. 31. ff. de petit. hered. l. 28. ff. de Reg. Jur. Limn. de J. P. l. R. lib. 4. c. 8. num. 342. Hillig. ad Don. enucl. lib. 22. c. 9. lit. M.
100. ²⁰ Nec 10. hæc induciæ extenduntur ad id, quod est debitum ratione pensionum locatarum ædium, quarum fructus conductor percipit, & ex quibus locator sibi alimenta parat. Alimenta autem hic non subjacere supra n. 95. probavimus. Linn. d. l. Hillig. d. l. Trentacing. d. resolut. l. n. 15. Fab. d. def. 20. n. 5. Manz. d. decad. 4. q. 9. n. 85. & seqq.

ex Speculat. tit. de locat. conduct. §. nunc autem. vers. 119. Maul. de cess. bon. tit. 7. n. 25. Menoch. de arbitr. jud. qq. lib. 2. cent. 3. cas. 203. num. 18. Wilh. Ant. conclus. 43.

Sicque 11 non extenduntur ad venditionem, si re tradita ad pretium agatur, ne iniquitas emergat ista, ut emtor & rem habeat, & pretium retineat, quod cum bona fide pognat. arg. l. 50. ff. de act. emt. Hillig. d. l. Limn. d. l. Fab. d. t. def. 11. Trentacinq. d. resol. 1. num. 17. & 18.

Non item 12. ad debitum post infortunium paulo ante Rescripti concessionem contractum. Nam tunc contrahens videtur conscientius inopia suæ, adeoque dolo non carere. Fab. d. t. def. 20. num. 18. Limn. d. l. Hillig. d. l. lit. 1. Menoch. d. l. num. 24. Manz. d. decad. 4. q. 9. num. 87. Nec ad causas in judicio pendentes, maxime si in precibus Imperatori oblati litis pendentes, nulla sit facta mentio. Finckelhauf. d. morator. prescript. q. 39. Carol. von Hagen. de induc. morat. hb. 16. Marc. Anton. Cuchus d. morat. prescript. Wilh. Anton. tit. 7. conclus. 27. qui notat n. 1. ita stilum Cameralem servare, dissentit Thom. Maul. d. cession. honor. tit. 7. n. 23.

Nec 13. locum habent in compensatione, nec executione ea, quæ sit ad compensandum. Maxime si debitum sit liquidum, aliud namque est petere, aliud retinere. l. 6. ff. de comp. l. 10. ff. d. oblig. & act. Quamvis n. satis miserabile sit moratoriiis dilatio nibus condemnationis spem effugere, si tamen causa, ex qua sit compensatio, sit liquida, non impediunt hæc dilaciones compensationem. arg. l. fin. C. de compens. quidpe quod compensatio proprie non dicatur exceptio l. 15. ff. rem. rat. hab. sed potius compensare id sit, quod solvere. l. 45. ff. de condit. & demonstrat. l. 54. ff. de solut. Cephal. lib. 2. consil. 374. n. 44. Mascard. de probat. concl. 334. num. 2. Atque ita etiam sentiunt Anton. Fab. def. 13. Limn. d. l. Lit. l. Wilhelm. Anton. d. tract. rit. 9. conclus. 53. n. 8. & seqq.

Sic 14. habens moratoriam, ne teneatur solvere per aliquot annos suis creditoribus, non utitur moratoria, contra habentem similem moratoriam. Berlich. p. 1. conclus. n. fin. quia privilegiatus non utitur

utitur privilegio contra privilegiatum eodem privilegio. *l. 8. pr. ibi. de coequalitas enim honoris. ff. de excusat. tur. l. 34. ff. de mun. Card. Tusch. lit. M. concl. 483. n. 3.* ubi ait, quod se confundant privilegia, & quod in dubio is, qui habet causam damni vitandi, præferatur. *Manz. d. dec. ad. 49. 9. num. 92.*

106 An verò vis instrumenti, vim iudicati aliàs habentis, vulgò Quarentigati per rescriptum moratorium suspendatur? videbimus. Et suspendi in propatulo est, quamvis paratam dicantur habere executionem; & hodie in nostra Germania usitatissima sint. *Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14. & seqq. VVehner. in verb. Guarentigia.* id. que obsequentes non adeo leves rationes; tum quia debitor creditorem licibus non frustratus est, tum quia privata utilitas, non publica autoritas vertitur. *Fab. d. r. 9. def. 5.* tum quia hæc vis Instrumenti non est ex jure communi, nec ita firmiter rationi naturali, ut sententiæ vis, innititur, igitur facilius ei derogari potest. *Hill. d. l. lit. L.* tum quia beneficia Principum latissimè sunt accipienda. *l. 3.* ibique latissimè *Carol. Tapia ff. de constitut. Princ. VVilhelm. Anton. d. tr. tit. 7. concl. 46. Maul. d. l. n. 22.* Hæc, quæ hæctenus sunt relata, ut pro exemitis haberentur debitis, procedunt, quando Moratorium est indultum generaliter; secus verò quando specialiter in Diplomate sunt expressa; tunc enim illud contra ea etiam obtinet, & vires suas exerit.

108 FORMA Rescripti Moratorii consistit in tempore, *VVilh. Anton. d. tr. tit. 8. conclus. 48. n. 7.* Quousque tamen hoc tempus sese extendere debeat, in Jure nostro adeò præcisè & dilucidè non reperitur cautum. Sed propter varias personarum ac infortunii circumstantias vix poterit præscribi certum tempus; ideoque Principis voluntati & arbitrio relinquendum, qui illud consideratis circumstantiis loci, temporis, infortunii, pensataque conditione personarum creditoris & debitoris, vel brevius, vel longius definiet. *Limn. de I. P. I. R. lib. 4. cap. 8. n. 342. Thom. Maul. d. l. n. 20. VVilh. Ant. d. l. n. 27. & 28.* Conceditur autem interdum annus, interdum biennium, triennium, quadriennium, interdum quinquennium, quod, si iusta causa accesserit, frequentissimum est. *Ordin. Polit. de Anno 1548. Tit. von verdot benen*



388

12

benen Kaufleuten. s. Und nachdem sie &c. & de Anno 1577. s. want
 auch solche. ibi: Und wollen/daß ihnen solche Moratoria oder Quin-
 quennell nicht mehr gegeben werden sollen &c. l. fin. C. qui bon. ced. poss.
 Wehn. in verb. Anstand Brieff. Thoming. lib. 1. consil. 27. n. 29. Tren-
 taciog. d. lib. 3. de solut. resolut. 1. n. 8. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 135. & seqq.
 Mevius in discuss. levamin. inop. deb. cap. 4. sect. 8. n. 14. & 15. V Vilhelm.
 Anton. d. l. n. 28. Quod breviores sunt hæc induciæ, eò facilius impe-
 trantur, cum minus nocent creditoribus, prolixiores verò consideratæ
 & non sine exacta cognitione sunt indulgentæ. Tellaurdecis. 186. n.
 4. & seq. Anton. Faber. in Cod. lib. 1. tit. 9. def. 6. n. 1. De eo verò Do-
 ctiores acriter inter se digladiantur, An induciæ ultra quinquennium
 extendi possint? Et communiter ferè statuunt, ultra quinquennium
 illas inducias non esse extendendas, per textum expressum tam in l. fin.
 C. qui bon. ced. poss. quam in d. Constit. Imp. de Anno 1548. ibi: Daß
 ihnen solche Moratoria und Quinquennell, &c. V Vilh. Anton. d. loc.
 num. 44. & seqq. propterea quod ejusmodi concessio sine gravi partis
 præjudicio non fiat. l. 2. C. de precib. Imp. off. adeoque illam ad modi-
 cum tempus esse restringendam, hoc est, ad quinquennium. d. l. fin.
 Thom. Maul. de cession. bon. tit. 7. n. 19. & quod hæc dilatio indultu Prin-
 cipis facta respectu debitoris satis longa ad solvendum esse videatur,
 per l. 1. §. 13. ff. de separat. l. 28. pr. ff. de pact. §. 10. l. de except. Hincipius
 beneficium non debet esse captiosum, nec trahi ad injuriam alterius.
 l. 8. ff. de pretor. stipulat. l. 7. in fin. & l. ult. ff. de ser. & dilat. l. 4. ibi: nec in-
 cuiusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri. C. de emancip. lib.
 l. 18. ff. quib. ex caus. maj. Burlat. vol. 2. consil. 161. num. 31. Gail. 2. obs. 1. n.
 14. & obs. 8. n. 6. Thoming. vol. 1. consil. 4. n. 42. Fab. d. tit. 9. def. 2. &
 def. 7. Meichsner. tom. 3. Decis. Cam. decif. 33. num. 41. atque dum vo-
 cantur voce communi Quinquennales sive Quinquennellen, eò incon-
 grue fieret, nisi ea meta illarum velut formalis haberetur. Quin asse-
 runt, eas non nisi cum consensu majoris partis Creditorum à
 Principe concedi posse per d. l. fin. Fab. in Cod. d. r. 9. def. 6. n. 7. & de fin.
 21. n. 5. & 6. Hinc concludunt Dd. illud tempus esse de forma indu-
 ciarum ita ut, si Rescriptum Principis ultra Quinquennium terminum

II 0

III

II 2

II 3

II 4

E ponat,





ponat, tunc illud in totum vitatur, & ne quidem ad quinquennium valeat. Wilh. Anth. d. n. 95. Christin. decis. 130. n. 5. & seq. vol. 1. qui tradit non posse Principem supra quinquennium concedere dilationem, quamvis inveniatur in Rescripto clausula derogatoria non obstante quacunque lege, vel non obstante l. 4. C. de precib. Imp. offer. Petr. Rebuff. de lit. dilat. n. 6. Carolus de Grassis, de except. cap. 32. n. 95. & seqq. Nicolaus Schaffhauf de prescrip. morat. asserit. 41. Sed arbitratur Linn. de Iur. P. I. R. Lib. 4. c. 8. n. 341. potestati & arbitrio Principis neminem hic metam ponere posse, præter circumstantias, quæ Principem vel ad annualium, biennialium, triennialium, quadriennialium, quinquennialium, imò ulteriorum induciarum terminum permovere possunt. Ita asserit, se novisse prægnantissimis ex causis Civitati alicui octennales ab Imperatore datas esse. Cui calculum suum adjicit Dn. Mevius in discuss. levam. cap. 4. sect. 8. n. 17. & seqq. Si ratio seu finis earum intra id tempus obtineri non possit, veluti tanta existente debitorum miseria & æris alieni mole, ut reparandis facultatibus, & solvendis debitis non sufficiat quinquennium, post sex, septem vel octo annos verò appareat spes melior, nihil iniquitatis habebit protensa imperantium provilio, quæ creditoribus non multum nocetur, egenis debitoribus valde proficitur, amplius illorum arbitrio relinquendum putat, idque eò pertingere, quousque æquitas & finis legibus approbatus finit: Unde si ad hunc decennio opus foret, non putat injuste agere isto determinantem inducias. Quidpe cum ex justa, rationabili & urgentissima causa iteratio dilationis possit concedi. Fab. in Cod. tit. 9. def. l. n. 3. quidni si eadem ab initio emineat, & extensionem suadeat, licebit hanc facere. Mevius d. l. num. 18. Arnoldus Vinnius in Jurispr. contract. part. 2. lib. 3. c. 52. Verùm ubi Rescriptum Principis nullum certum tempus continet, hæc oritur dubitatio, ad quod usque tempus dilatione gaudere debeat impetrans? Ac cum in cæteris, quibus tempus determinatum non præfigitur, ea accipi soleat interpretatio, quod pro perpetuis habeantur, l. 30. pr. ff. de excusat. iur. l. 56. ff. de condit. in deb. l. 2. C. de divers. rescript. Tamen quoad Rescripta moratoria ea locum non habet, velut eorum naturæ ac conditioni contraria. Cum ad tempus saltem suspendere exactio-

nem,



nem, non in perpetuum tollere debeant, & si id intendatur, iniquissima atque ab omni jure aliena sunt. Quia verò aliquod tempus submendum est, plerique ad quinquennium talem concessionem referunt, hoc cum in mente concedentis, tum in ratione concessi præsupponentes, tum quia id tempus vulgariter concedi solet, ac naturæ actus id tempus convenientius habeatur per l. fin. C. qui bon. ced. poss. tum quod uberius ac plenius consultit id, quod in interpretatione dubiorum non parum attenditur. Verum quia privilegiorum ac rescriptorum interpretatio & declaratio à superiore, qui concessit peti debet, nec in feriori præter literam de iis quidquam statuendi potestas est. Thom. Ming. part. 1. consil. 4. n. 32. utique si talis dubitatio super moratorio rescripto emerferit, recurrendum ad superiorem, & ab illo petendam declarationem, idcirco non expectandum quinquennium, quod si tamen elapsum sit, sine ulteriori morâ procedendum Mev. d. loc. Computatur autem & currit Moratoria dilatio à die emissi diplomatis, non à die, quo exhibetur, eove debitor utitur, nisi ipse concedens alios terminos indultui præfinierit. Mevius in *Discuss. Levamin. inop. debitor. c. 4. Sect. 8. num. 25.* quia in privilegiis ad gratiam emanatis regulariter tempus dati attenditur *c. eam te. 7. X. de rescript. c. si propter. 10. eod. in 6to. Trentacinq. d. resol. i. n. 27. Petr. Peck. de jur. sistend. c. 45. num. 20.* quod & factum intelligitur, si effectus rescripti suspensus fuerit per cognitionem adhuc instituendam de æquitate ejus vel de veritate in supplicatione allegatorum, sicuti nonnunquam Principes indulgent dilationem cum clausula, si preces veritate nitantur, remissa inquisitione ad inferiores judices coram quibus debitores conveniuntur. Quod si certum tempus tunc additum sit, non incipit currere, nisi reperta precum veritate, velut tunc demum implera conditione, maxime si forte creditor resistat intentioni debitoris, qui & sibi met imputare debet moram, quam causavit Mevius *d. l. n. 26. Ant. Fab. d. t. 9. def. 3.* Hinc si debitor forsan tempore impetrationis in carcere sit, aut arrecto detineatur, & ita non fruatur rescripto, non currit illud tempus, licet scriptum sit, quod à die dati currere debeat, quam illud impedimentum fuit re-

E 2

mo-

119

121

122

120

121

121

121

122

12

E 2



- motum, quia creditoris facto impeditus ne pecuniam conquiret.
- 123 Fab. in *Cod. d. tit. 9. def. 2. n. 3. & seqq.* Mev. *d. l. n. 27. & 28.* Hillig. in *Donell. enucl. lib. 2. c. 9. lit. K. & lit. Z.* Nam dilationis tempus non currit impedito, si ex facto adversarii, vel ex alia iusta causa impedimentum proficiscatur. *l. 1. §. 2. C. de annal. except.* Sic etiam si inter debitorem & creditorem de certo solutionis die convenerit, & is dies tempore dati rescripti nondum venerit, tunc enim incipit dilatio concessa à die, quo solvi debuit, v. g. Si debitor ratione conventionis ad solutionem ultimo die Junii esset obligatus, & antequam is dies venisset, impetrat dilationem trium mensium, tunc non tenetur solvere, nisi primo die Octobris. Maul *d. l. n. 39.* Wilhelm. Anton. *d. r. tit. 9. conclus. 54. num. 1. n. 9. & seqq.* Carolus de Grassis *de except. c. 32. n. 92.* Sed quid si durante adhuc prima dilatio moratoria à Creditoribus impetrata secunda à Principe dilatio concedatur; quod ex iusta causa fieri potuit, quomodo hæc dilatio computabitur? Dicendum putamus, quod ab illo tempore, quo prior est finita, dilatio sit computanda, Felin. Sand. *in c. quemadmodum. 6. n. 2. circ. fin. X. de judic.* Finckelthaus. *de morat. prescript. q. 20.* Nicolaus Schaffhaus. *assert. 4.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 1. n. 17.* Wilhelm. Ant. *tit. 9. conclus. 56.*
- 126 Dissentit M. Ant. Cuchus *de morat. prescript. n. 105. 106. 110.* Idem dicendum, si inverso ordine conceditur debitori dilatio primùm à Principe, & illa adhuc durante etiam consensu creditorum; Tunc enim postrema, nisi prima finita, cursum non obtinebit. Wilhelm. Anton. *d. conclus. 56. n. 46.* Imò si currente adhuc dilatio moratoriâ à Principe vel Creditoribus concessâ, alia ex iusta causa debitori concedatur, postrema hæc incipit currere, cum prior fuerit finita, quod exemplo vulgarium dilationum per ea, quæ ex Sailerò tradit Ruland. *de Commissar. part. 1. lib. 2. c. 8. n. 10.*
- 127
- 128 Porro hoc addendum, quod rescripta moratoria regulariter debitori non nisi semel sint concedenda. Anton. Fab. in *Cod. rer. in Sabaud. judicat. lib. 1. tit. 9. def. 1. & def. 20. n. 16.* Carol. von Hagen *de induc. morat. thes. 33. ad fin.* Sigismund. Finckelthaus *de morat. prescript. q. 9.* Thom. Maul. *de cession. bon. tit. 7. n. 36.* licet debitor primâ dilatione usus



lus non fuerit, & tempus effluxerit, Anton. Fab. d. def. 1. Finckelth. d. 9. 9. Temperanda tamen est hæc conclusio, ut fallat, si urgens quædam ratio concedentem moveat, tunc enim secunda dilatio concedi potest, Finckelthaus d. 9. 9. Carol. von Hagen d. th. 33. uti præjudicii illustris Cancellariæ Marpurgenfis & Augustissimi Imperatoris Ferdinandi II. qui moratorium ad 8. annos concessum Civitati G. ad biennium, & moratorium biennale nobilibus fratribus de Schult Anno 1631. datum in totidem annos prorogavit, comprobat, quod juri & æquitati consonum esse Facultas Juridica Marpurgenfis Mense Decembri Anno 1635. arbitrata est, uti hic refert VVilhelm. Anton. tit. 8. conclus. 56. n. 35. Ut verò secunda dilatio concedi possit, impetraturus inducias Rescriptum primæ dilationis in precibus exprimere debet, aliàs enim secunda impetrata dilatio quasi subreptitia & invalida redditur Finckelthaus de morat. prescript. q. 9. vers. sed & observandum. Menoch. de arbitrar. jud. quest. lib. 2. cas. 203. n. 28.

129

130

SECTIO III.

Finem & effectum Rescriptorum moratoriorum nobis tractantibus ultrò largiendum est, si debito modo & juxta juris præscriptum sint impetrata, quod suspendant & impediunt Executionem, præpmissis verò, ne intra tempus in Rescripto præfixum debitor actione aliàs competentem vel incarcerationem pulsari possit. l. 2. C. de precib. Imp. offer. Carpz. in asyl. deb. cap. 4. pos. 61. n. 21. VVilhelm. Anton. d. tr. tit. 9. conclus. 51. n. 49. & seqq. sed quò depauperatus debitor ad frugem interim redire, ac eò melius postea omnibus solvere queat creditoribus Hilig. in Donell. emul. lib. 22. c. 9. lit. K. Maul. d. l. n. 37. Mevius in discuss. le. vamin. inop. deb. c. 4. sect. 8. n. 9. 10. Vincent. de Franch. decis. 179. Joh. Roding. observ. Cam. 27. cent. 1. ita ut nec adjudicatio, ne quidem, quæ provisionalis dicitur, locum habeat. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 8. def. 2. & 13. & 22. Peck. d. jur. sistend. cap. 45. n. 20. Rebuff. in tract. de lit. dilat. n. 70. Pariunt etenim exceptionem, quæ ideo moratoria dicitur præscriptio

E 3

ptio





- ptio, cujus beneficio & oppositione debitor contra omnes citationes actiones & molestationes se defendit. *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* Zangerde *except. p. 2. c. 11 n. 3.* eaque tanto favore digna habetur, ut licet Principis rescriptum, Constitutio vel Statutum omnes exceptiones prohibeat aut suspendat, tamen ea exclusa aut suspensa non intelligatur. *Carol. de Grass. de except. c. 32. n. 1.* Quod si illa non attentata ulterius proceditur, quicquid subsequitur, pro attentato habetur, ideoque statim & omnino revocari debet. *Fab. d. tit. 9. def. 2.* Nam cum alia quavis dilatione durante nihil innovandum sit. *VVesemb. in r. n. 14. ff. de ser. & dilat.* quanto minus ubi conceditur à Principe. *Mevius d. l. n. 11. & 12.* ut sic in utrorumque commodum ac utilitatem induciæ hæ sint approbatæ ab Imp. Justin. *in l. ult. C. qui bon. ced. poss.* Ord. Polit. August. *de Anno 1548. Tit. von verdorbenen Stauffleuten. 23. vers. Und nach dem sie zu Zeiten/ &c.* *VVehn. in verb. Anstand Briefe. 23. Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14.* *VVilhelm. Anton. d. r. tit. 9. conclus. 51. n. 1. & seqq. Mev. d. l. n. 2.* Itaq; si ante lapsum temporis debitor ad creditorum importunam instantiam in carcerem publicum, vulgò dicitur *Schuld Thurn* conjexus fuerit, non solum statim iste dimittendus est. verum etiam sibi bona ipsius intermedio tempore sint arrestata, pignori que capta, statim relaxanda, restituendaque erunt, ne sub specie indulgentiæ miserabili debitori creetur molestia. *Ant. Fab. in Cod. tit. 9. def. 2. Peck. de jur. sistend. c. 45. n. 20.* *VVilh. Anton. d. l. n. 49.* in primis verò *n. 59. & seqq.* Si verò huic relaxationi creditor pertinaciter resistat, ad id, quod interest & in expensas litis condemnari potest. *Peck. d. l. Quin insuper* (quod notandum) istiusmodi temeratoribus quinquennalis privilegii à Casarea Majestate certæ quædam, istaque gravissimæ pœnæ, ac interdum vel pœna indignationis sola, vel etiam cum illa decem Marcarum auri puri numeratio determinatur, uti ex contextu formularum istorum diplomatum undique patet. *VVilhelm. Anton. d. l. n. 65. & seqq.* Quæ tamen assertio ita temperanda, ut procedat, si debitor ad instantiam creditoris cautionem jure debitam præstare sit paratus; secus si detrectaverit. Nam tunc in carcerem conjici potest, nec, antequam præstiterit cautionem de solvendo



vendo elapso quinquennio è carcere relaxari debet. *Wilhelm. Anton. d. loc. num. 75. & 83.* Sic obtinet quoque incarcerationis isthæ, quando debitor habet pedes pulverosos, hoc est, quando post dilationis moratoriam impetrationem evasit, erupit, effugit, adeo ut debitor fugitivus vel de fuga suspectus etiam privata Creditoris autoritate, sine ulla Judicis commissione, (qui unus est licitus casus privati iudicii *Selbgericht's*) prehendi atq; sisti possit. *L. 23. pr. ff. de Verb. signif. l. 10. §. 16. ff. que in fraud. cred.* Quin contra latitantem nec deprehensum diplomata Imperialia, vulgò *Hassstöcke-Briefe* offere Patentem unnd *Käyserl. Befehl* ut ubique locorum in Imperio per Magistratus prehendi & sisti possit, impetrari queant. *Wilh. Anton. d. l. num. 107. 110. & 112.*

Hic se offert illa quæstio; An contra debitorem impetrandem inducias moratorias ejusdem debitores iisdem uti possint? quod affirmant *Math. Brunus de cess. bon. q. 17. principal. n. 3.* *Berlich. p. 3. concl. 51. n. 10.* *Matth. de Afflict. decis. 66.* *Cardinal. Tusch. pract. concl. tom. 1. Lit. C. conclus. 489. n. 28. & tom. 6. Lit. Q. conclus. 49. num. 6.* *Aloyf. Riccius collect. decis. p. 1. collect. 8.* *Carpzov. in I. F. R. S. p. 3. constit. 38. def. 1. n. 27.* Negat verò *Anton Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. def. 19.* qui ita *Menfe Januario 1592.* observatum refert. *Matth. Coler. de process. executiv. p. 1. c. 4. num. 14.* *Wilh. Anton. d. tr. de rescript. morator. tit. 9. conclus. 52.* Ad quas opiniones conciliandas extit. 23. §. *Wann auch die Pollecy Ordn. zu Franckf.* Anno 1577. hæc distinctio adhibenda est, ut distinguamus inter debitorem, qui casu ad summam inopiam redactus, inducias eâ intentione impetravit, ut interea temporis vires patrimonii colligere, & suis creditoribusolvere posset; & inter eum qui vel suâ culpâ in paupertatem incidit, vel in fraudem Creditorum inducias illas impetravit: Priori casu non dari retortionem æquam est, nisi (1) & ipse debitor ab eo, qui hoc privilegio munitus est, conventus absque suâ culpâ solvendo non sit, vel (2) ipse creditor debitori isti privilegiato debeat. *Vincent. Caroc. tr. de remed. contr. præjud. sentent. exc. 168. n. 8.* *Anton. d. concl. num. 51.* Exceptio enim Compensationis vel retentionis debitori istiusmodi privilegiato rectè opponi

391

12

12

13

14

14

15

15

15

16

17

18

C. 12



19 potest. Anton. *d. tr. concil.* 53. Posteriori casu locus est retentio-
 ni. Dixerimus autem ferè præsumi in fraudem Creditorum istius-
 21 modi inducias impetratas, cum ista jus alteri quæsitum impediunt, &
 debitorum maxima soleat esse cura solutionem tergiversari; sicuti
 ipse Anton. *d. conclus.* 52. num. 38. peruersum plerorumque debitorum
 ingenium graphicè depingit. vid. Dn. Struven. Disput. de privata vin-
 dicta. *thes.* 71.

20 Estque tanto pinguior Effectus hujus Moratoriæ, quanto magis
 se extendit ad eam securitatem, ne pendente eà à creditoribus aliquid
 attentetur, veluti in Appellationibus fieri consuevit *c. 7. de Appellat.*
in 6to. Petr. Peck. *de jur. sistend.* c. 45. num. 20. Carolus von Hagen/ *d. in-*
 21 *duc. morat. thes.* 39. in pr. atque debitores quoque pendente eà quemad-
 modum nec sortem, ita nec usuras solvere debeant. *l. 8. §. 1. ff. de liberat.*
legat. Dd. ad l. 2. C. de precib. Imp. off. Carol. Molin. *de usur.* g. 82. n. 624.

21 Trentacinq. *d. resol. n. 26.* Peck. *d. l. n. 20.* Wilh. Anton. *d. tr. tit. 9. conclus.*
 22 63. num. 1. Illud verò à Dd. valdè controvertitur; An usurarum ex-
 actio durante dilatione ita suspendatur, ut ipsarum cursus omninò si-
 statur, nec quicquam interusurii nomine finitâ moratoriâ præter sor-
 tem & usuras ante dilationem debitas amplius à debitore exigi possit?

21 Auf Zündsch: Obnemlichen die Hauptsomma neben denen enen hier
 bey vorauffgeschwollenen und betagren Zinsen / durch Erlangung der
 Quinquenellen also gar differiret und aufgeschoben sey / daß Krafft de-
 21 rosesben immiret und darzwischen auch einget fernere usuræ oder
 Verzinsungen nicht verlauffen / weniger die Gläubiger nach Ab-
 gang der privilegirten Zeit / ichtwas hieran rechtlich in præteniren?
 puod multi asserunt *per text. in l. 8. §. 2. ff. liberat. legat. l. ult. C. de usur.*
rejudic. Petr. Rebuff. *in tr. de lit. dilat. n. 72.* Conrad. von Einsiedel *de*
 31 *Regal. cap. 2. num. 293.* Matth. VVehner. *in verbo Anstand.* Driest-
 Carpov. *in Afl. deb. cap. 4. Posit. 61. num. 39. & in I. F. R. S. p. 2. constit.*

23 30. def. 46. Negantem v. sententiam tuentur Sigismund. Finckelshaus
de Morat præscript. g. 40. & 45. Qui hanc sententiam responso Facul-
 tatis Jurid. Lipsien. munivit, Nicolaus Schaffhaus *de Præscript. mor.*
 23 *ib. 12.* Vincent. Caroc. *de remed. contr. præsent. except.* 186. n. 21. Ant.
 Fab.





Fab. in Cod. lib. 1. tit. 9. def. 8. qui ita à senatu conclusum refert. Surd;
 decif. 301. 307. 322. Trentacinq. 3. pr. resol. tit. de solut. resol. 1. & 2. Ar-
 nold. Vinn. in Jurispr. contr. lib. 3. c. 52. Bacchov. ad Tr. Vol. 2. disp. 22.
 th. 4. lit. E. pag. 558. pro qua sententia ut solvamus difficultatem, primò
 est distinguendum inter usuras, quæ ex sola mora judicis officio præ-
 stantur, & quæ ex conventionione debentur. Ab illis per impetratum
 Rescriptum seu indultum moratorijum debitorem liberari ipsa recta
 ratio præcipit. Molin. de usur. n. 624. Paul. Christin. vol. 2. decif. 70. n.
 10. 11. Manz. in patroc. deb. dec. ad. 4. q. 9. n. 19. & seq. Quoad usuras
 v. ex conventionione debitas est major disceptatio, & in utramq; partem
 argumenta fatis speciosa afferri possunt. Illa vero opinio commu-
 nior & verior videtur, quod post elapsum tempus induciis præfinitum
 eum sorte omnium, adeoque etiam ab eo tempore currentium, usura-
 rum petitio integra sit, vid. Wilh. Ant. tit. 9. conclus. 63. n. 103. & seq.
 qui ad argumenta contraria doctè respondit. Et quidem contrariæ
 sententiæ argumenta inferunt, medio tempore, intra quod durat di-
 latio à Principe indulta usuras haut magis exigi posse quàm sortem,
 sicut & impetramentem indultum ob eas affligi & molestiis affici non
 debere. Attamen si post elapsum tempus induciarum permittant de-
 bitoris facultates, non sortem modò, sed etiam usuras per solvi, utique
 non sufficient istæ ad liberandum debitorem. Inferunt etiam eam
 circa usuras æquitatem quæ in sorte deprehenditur, & inducias meretur,
 At ut hujus debitum durat, exactio saltem rescripto sistitur, post
 præfinitum verò tempus reviviscit, ita & de illis sentiendum est. Nec
 enim dilatio amplius in accessorio, quàm in re principali poterit ope-
 rari. Supervacuum ducimus ad omnia singulatim respondere, nec con-
 venit instituto. Observatù discrimen dilationis & liberationis, quamq;
 illam suadentes rationes, hanc non inferant, nec utriusq; eadem æ-
 quitas appareat, sufficere ad diluenda omnia contraria. Quod si hæc du-
 bitatio circa inferiorem judicem incidat, causa erit remittenda ad su-
 premmum, ut ille, quod senserit, mentem suam declaret; Ejus n. est de-
 clarare & interpretari Rescriptum, à quo est impetratum, Gail. l. obs. 1.
 n. 13. Et si causa ad superiorem remittitur, hic ex omnibus circum-
 stantiis

F

stantiis

392

12

06
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30

- stantis, & principii iusti & æqui statuere potest. Mevius *in discuss.*
 30 *lev. amin inop. deb. c. 4. sect. 8. n. 54.* Quæ supra diximus, etiam in an-
 31 *concl. 63. n. 227.* ut & in fructibus, qui ante impetratam dilationem ex
 32 *except. 168. num. 21.* Sed quid dicendum de interesse casuali? uti ca-
 33 *sum ex. l. 1. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* formavit Carol. Molin. *de usur.*
num. 62. 4. vers. tantum ergo impedit. & num. seq. Et profectò non de-
 34 *sunt insignes Jcti, qui idem tradunt in hoc interesse, ut in terminis*
*dilationis à Principe concessæ affirmat Carol. de Grassi *de except. cap.**
32. num. 87. Et ita nobile par Germaniæ Jctorum Hermann. Vulte-
 35 *jum, & Johann. Gœddæum statuisse notat. VVilh. Anton. d. conclus.*
63. num. 243. Verùm licet hæc sententia rationibus non condemnaen-
 dis innitatur, & hæc quæstio sit verè Sabbathina, quæ die Sabbathi,
 id est, religiose & circumspèctè tractanda; verior tamen videtur sen-
 tentia negans, quam tuetur Molin. *de usur. num. 62. 4. vers. quibus non*
obstantibus Gaspar. Anton. Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 9. n. 21.* Paul.
 Christin. *vol. 2. decis. 20. num. 10. 11.* Garf. Mastrill. *decis. 16. num. 4. 6.*
 Ubi enim non contrahitur mora, ibi nec damnum neclutrum ex mo-
 ra præstandum venit. *l. 20. §. 2. ff. de reb. credit. l. 3. in fin. ff. de condit. in-*
 33 *deb. vid. Wilhelm. Anton. d. conclus. 63. num. 224. & mult. seqq.* qui
 contraria argumenta diluit, & n. 300. hanc sententiam ita temperat,
 ut non procedat, si ex conventionione inter creditorem & debitorem
 34 specialiter sit actum, ut propter moram aliquod temperatum interes-
 se præstetur. Quod si verò ab initio debiti contracti inter partes sit
 conventum, ut nisi destinato tempore solutum à debitore fuerit, in
 certam pœnam loco interesse condemnatur, illa pœna absque dubio
 induciis à Principe concessis non committitur; necessitas enim &
 difficultas dilationis hunc operatur effectum, ut pœna non debeatur
 five sit legalis, sine conventionalis. Vincent. Honded. *vol. 2. consil. 89.*
num. 31. & seq. & consil. 92. n. 19. Joann. Bapt. Costa *tract. de fact. scient. &*
 35 *ignor. inspect. 50. n. 40.* Accedit, quod omnis pœna in concepto suo for-
 mali præsupponat culpam, cum sit malum passionis propter malum
 actionis



714
 12
 2

tionis, nimirum exercitæ vel omiffæ *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 20. n. 1.*
 Ubi itaque non committitur culpa, ibi citra contradictionem non po-
 test infligi propriè pœna. Atqui hoc in casu impetratâ dilatione à
 Principe ob extremam paupertatem non committitur culpa. E. Si
 verò debitor non bona fide sed dolo impetraverit à Principe inducias,
 tenetur ad omnia damna, interesse, usuras & pœnas conventionales. 36
Carol. Molin. de usur. num. 625. vers. prædictâ limito. Roderic. de ann.
redit. lib. 3. q. 9. num. 25. Maul. de cessio. bon. rit. 7. num. 98. ad fin. Willh.
Anton. d. concl. 61. num. 306. & mult. seqq. Et hæc ita obtinent in indu- 37
 ciis à Principe obtentis, an verò idem dicendum in dilationibus à ma-
 jori parte creditorum concessis? videbimus; in quo non est concursus
 Dd, opinio. Hoc namq; in casu imprimis est dispiciendum, quid inter
 partes sit actum; Quod si enim creditores in concessione dilationis sibi
 reservarint interesse vel usuras, debitor ad eas præstandas tenebitur:
 si verò ita specialiter inter illas non convenit, tunc erit recurrendum
 ad circumstantias & conjecturas legales, Et si quæstio incidat de usu-
 ris conventionalibus, illæ non obstante dilatione currunt, Roderic.
de ann. redit. lib. 3. q. 7. n. 78. Molin. de usur. n. 620. vers. quanta. & n.
seq. Sed si de mero interesse difficultas moveatur, illius cursus sistitur, 38
Carol. Molin. de usur. q. 82. n. 619. usque ad num. 622. cujus verba re-
 fert Anton. *d. conclus. 63. n. 345. & seq.* Quæ igitur nostra sit senten- 39
 tia de usuris & interesse, ex iis, quæ superius discevimus, facile in-
 telligi potest.

Hic se offerunt hæc quæstiones, quæ non minus in foro, quàm scholis 40
 ulum habent, & ubi vis locorum etiã Praxin exercentibus hodieq; utiles
 sunt: 1. An induciæ concessæ à Principe etiam heredibus impetrantis
 profunt? Quæ difficultas distinctione adhibita solvi potest; Aut quæritur
 de dilatione concessa à Principe; Aut v. de illa, quam debitor i mpe-
 travit à majori numero Creditorû: Illo casu est subdistinguedum, an 41
 in Rescripto sit facta expressa mentio heredum: Wann in der Begna-
 digung klar und ausdrücklich die Erben benennet worden! & tunc vis
 dilationis ad heredes etiam diffunditur *Carol. von Hagen! de Induc.*
morat. th. 40. Sintelshaus! de morat. prescript. q. 22. Nicol. Schaffh.

F 2

d. disp.

- 42 *d. disput. assert. 53*, *Limn. d. I. P. I. R. lib. 4. c. 8. num. 375*. an verò nulla sit facta mentio heredum, & dilatio heredibus non prodest. *Vincent. de Franch. decis. 129. num. 1*. *Sinckelsh. d. 9. 22*. *Schaffhaus d. assert. 53. Maul. de cess. bon. tit. 7. num. 40*. *Arnold. Vinnius in juris pr. contratt. lib. 3. cap. 52. p. 685*. Et sic tutius agunt debitores, heredis quoque mentionem rescripto moratorio inferi facientes, quod etiam sentit *Carpz.*
- 43 *in asyl. deb. pof. 61. num. 48*. Posteriori v. casu si quaratur de dilatione à Creditoribus impetratâ, tunc effectus ad heredes debitoris extenditur, ex his enim non alia exceptio, quàm pacti temporalis oritur, quæ uti causæ, non personæ cohæret, ita non solum principali reo, sed etiam successoribus prodest. *Arnold. Vinn. d. l. Carol. von Hagen d. induc. morat. th. 40. ad fin. vers. si non à Principe, & c.* Quod ita tamen temperandum, ut fallat, si dilatio sit concessa à creditoribus & impetrans durante dilatione moriatur relicto herede, qui cum beneficio Inventarii adiit hereditatem; in hoc enim herede cessat causa & ratio concedendæ dilationis, quia talis heres ob beneficium Inventarii ultra vires hæreditatis non tenetur *l. fin. §. 4. & 10. C. de jur. delib. Nov. 1. c. 2*. & hereditas adita iterum repudiari potest. *arg. l. ult. §. 1. C. d. r. Sebastian Monticuc. de invent. hered. in presat. n. 140. 141. & c. 9. num. 331*. ad hoc allegans *Angel. & in explicat. l. ult. §. 3. C. de jure delib. Phanuc. de Phanuc. in rr. de invent. hered. p. 5. n. 13. & seq. Carpz. p. 1. decis. 25*. & in *Respons. Elector. lib. 6. tit. 7. resp. 73*. & in terminis dilationis tradit *Vincent. de Franch. decis. 129. n. 8*. ubi refert, sacrum Neapolitanum consilium ita judicasse, & *Jacob. Anton. Marta tom. 1. digest. noviss. tit. de except. c. 15*. *Wilh. Ant. concl. 64*.
- 45 II. Quæstio est de fidejussoribus. An illis dilatio concessa proficit? Ubi hoc præmittimus, quæstionem non exaudiendam esse de illis, qui concessis induciis moratoris obligationi principali accedunt, sed de aliis qui ante. *Limn. de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 346*. Et licet sint, qui reclamant, afferentes, nec prodesse hoc beneficium fidejussoribus, uti videre est apud *Hillig. in Donell. enucl. lib. 22. c. 9. lit. Bb.* quorum & magnam catervam recenset *Wilh. Anton. d. tr. tit. 9. conclus. 66. n. 3*. quibus & ille suum suffragium addit, ceu liquet *d. n. 8. ad 27. usque*. Attamen eorum opinionem veneramus, qui statuunt, Fidejussoribus quoque



que hæc inducias prodesse, ne per illorum latus principalis pulsetur, ac per indirectum beneficio suo fraudetur. Cum omnes concedere cogantur, modo exactiori iudicio ponderetur ratio juris, non esse molestandos fideiussores, priusquam debitores principales fuerint conventi & excussi per Nov. 4. c. 1. Wilh. Anton. d. l. n. 29. §. seqq. uti in Camer. Imp. Anno 1498. 25. Maij pronunciatum tradit Barth. p. 1. *selectar. sentent. Cam. pag. 102.* In Sachen der Appellation zwischen R. L. von K. Appellanten an einem und G. weil: E. E. von K. nachgelassenen Wittiben andern Theils/ist nach beider Theil Fürbringen/verhöreter Weisung und aller Handlung zu Rechte erkand/das der genandte R. L. sich von dem Urtheil/ so am Land Gerichte zu Hanau wider ihn und für gedachten E. E. gesprochen ist/übel beruffen und dasselbe Land Gerichte wohl geurtheilt habe/und sol er darum der bemeldten G. Kost und Schaden dieser Appellation halber erlitten/auff rechtliche Mäßigung bezahlen/ und zu klärerem Bericht und Verständniß ist das vorgespochene Urtheil dermassen declariret/das der genandte R. L. Y. G. weil: E. E. des Geldes halber im Rechten angezogen Bürge sey/doch sol desselben E. E. verlassen Wittiben um Bezahlung solches Geldes zum fordersten des genandten Y. G. als die Hauptschuldnerin mit Rechte fürnehmen/ und deshalb gegen ihnen gründliche excussion und Ausföhrung thun/wie sich in Rechte gebüret/und was ihre der gemeldten Summa an ihr abgehet/mag sie sich fürter an berühren L. R. erholen/ &c. Induciis ergo debitoribus concessis, ita ut exigi nequeat ab illis creditum, quomodo de hoc conveniatur fideiussores? Et qui pulsari poterunt fideiussores, si dies solutionis nondum venerit? imò verendum, ne creditores ante diem debito præfinitum hoc attentantes poenam plus petentium incurrant. *L. 1. §. 2. C. de plus. petis. Limn. de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 348.* Qui ibidem induciis concessis hunc tribuit effectum, ut terminus solutionis à contrahentibus ante constitutus prorogatus sit, & intelligatur tum demum existere, quando induciæ expirant. Sic si fideiussor tempore induciarum conventus petat à Creditore, ut actionibus, quæ ipsi contra principalem competunt, cedat, hoc etiam à Creditore fiat, frustra tamen debitor principalis ob acceptam dilationem Principis conveniatur, &

F 3

per

47

48

49

394

12





per consequens fidejussorem à cætero Creditor convenire non potest, ceu in terminis tenent Scaccia *de judic. lib. 2. c. 7. n. 392.* Trentacinq. *lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 25.* Nicol. de Pass. *de script. priv. lib. 3. q. 5. pr. 9. 1. n. 12.* nisi debitor in instrumento beneficio cedendarum actionum renunciasset. Quodcumque etiam pro conventis fidejussoribus debitor principalis compareat, & opponat de beneficio sibi concessio, quod nullam exferere queat vim, adeoque sibi nihil proffit, cum fidejussores actione mandati regressum contra se, ceu principalem habeant, tunc per indirectum quoque extenditur ad fidejussores, prout longa serie hæc traduntur à Wilh. Ant. *d. l. n. 62. 65.* Vinn. *in jurispr. d. contract. l. 3. c. 52.* Sic ulterius quoque gaudent privilegio dilationis fidejussores, si à creditoribus vel majori eorum parte ea obtenta fuerit & acquisita, etiamsi debitor renunciasset. Auth. *presente. C. de fidejuss. ita ex sententia Hering. de Fidej. c. 22. n. 82. & c. 27. n. 69. p. 4.* Wilh. Ant. *d. l. n. 190. & seqq.* Qui ex his superius allatis tandem *n. 106.* concludit, ea in effectu nil aliud importare, quam quòd moratoria dilatio debitoris principalis competere etiam debeat fidejussoribus ipsius, sive Princeps fidejussores nominaverit; sive in Rescripto suo præteriverit. Fallunt ergò, qui beneficium respirationis moratoriae venditant personalissimum. Nam etiamsi hoc concesserimus, fateri tamen & illud oportet, in rem quoque id datum esse, adeoque & fidejussoribus competere. *l. 7. §. 1. ff. de except. præsertim cum Princeps favendo debitoribus, & horum fidejussoribus bene censeatur velle. l. 3. §. 1. C. de usur. rei jud. l. 27 §. 1. ff. de pact.* quod & ipsa evincit ratio. Linn. *cit. loc. n. 349. & seqq.* Benedikt. Carpzov. *in Aysl. deb. c. 4. pos. §. 1. n. 40. & seqq.* Hoc saltem circa hanc questionem ad amputandum quemlibet anfractum addimus, fallere prædicta, (1) si fidejussor se tanquam principalem, als et nen Selbstschuldner in instrumento obligationis constituit; quo casu cessat beneficium excussionis & per consequens moratorii. Wilhelms. Anton. *d. t. 9. conclus. 66. n. 57. & seqq.* Hering. *de fidejuss. c. 27. n. 80. & seqq.* Gail. *2. obs. 28. n. 6.* Modest. Pist. *consil. 1. q. 3. n. 49. vol. 2.* Ernest. Cothman. *consil. 22. vol. 1. & consil. 76. & consil. 77. vol. 2.* qui ita à Facultate Juridica Rostochiensis 5. Decemb. Anno 1595. responsam tradit



tradit, & hanc sententiam probat Gœdl. in *consil. Marpurg. vol. 1. consil. 24. n. 2. 4. & seq.* Paul. Christin. in *decis. Belg. vol. 1. decis. 135.* ubi ita in magno consilio pronunciatum docet. Vincent. Caroc. *de excuss. bon. p. 2. q. 3. n. 1.* VVesemb. *p. 1. consil. 10. n. 18. & seqq.* Matth. Coler. *de process. exec. p. 1. c. 10. n. 292. & seqq.* Zanger. *de except. p. 2. c. 16. num. 15.*

(2) Si fidejussor expressè & specialiter beneficio excussionis renuncia-
verit, quod jure facere potest, cum quisque habeat licentiam renuncian-
di his, quæ pro ipso introducta sunt, l. pen. C. de pact. l. quod favore. C. de
legib. Matth. Berlich. *p. 2. concl. 22. n. 5.* Gail. *2. obs. 27. n. 21.* Myns. *cent.*
2. obs. 15. n. 4. VVesemb. *d. consil. 10. n. 4. & seqq.* VVilh. Anton. *d. tit. 9.*
concl. 66. n. 51. & seqq. Quo denique & his perplexis occurratur dispu-
tationibus, consultius est, ut debitor impetraturus has inducias, in iis
fidejussoribus, quos mentionem fieri petat. Hering. *de fidejuss. p. 5. c. 27*
n. 77. Ant. d. l. n. 76. & 90. Quanquam nihil negotii facessere, etiamsi fi-
dejussorum nullam in Rescripto mentionem factam esse, modò ab eod-
em expressè non fuerint exclusi, statuat Limn. sæpè cit. loc. n. 349.
Plura qui de hac quæstione desiderat, is adeat Dd. veluti Coler. *de proc.*
exec. p. 1. c. 4. n. 17. c. 10. n. 338. & 339. Fab. in *Cod. tit. 9. def. 14.* Hering. *de*
fidejuss. p. 5. c. 27. num. 76. & seqq. Nicol. de Pass. *de priv. script. d. q. pr. 5.*
Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 25. Hillig. in *Donell. enucl. lib.*
22. c. 9. lit. Bb. Thom. Maul. *rr. de cession. bonor. tit. 7. n. 41. & seqq.* Ob-
tentis autem semel his induciis non potest postea debitor cedere bo-
nis, Harprecht. *ad 8. fin. n. 18. l. de action.* Hillig. in *Donell. enucl. lib. 22.*
c. 9. lit. N. Petr. Paul. Paris. *vol. 3. consil. 100. n. 3. & seqq.* VVilhelm. An-
ton. *d. rr. tit. 9. concl. 61. n. 126. & seqq.* tum quia induciarum electione
videtur renunciasse cessionis beneficio; tum quia sufficit una gratia,
hec duplici onere creditores sunt gravandi; Ideoque minimè audi-
endus debitor bonis cedere volens. Carolus von Hagen. *de induc. mo-
rar. thes. 37.* Vincent. de Franch. *decis. Neap. 251. n. 2.* Hering. *de fide-
juss. d. c. 9. n. 126. & 127.* Trentacinq. *alleg. resol. 1. n. 30.* Covarruv. *ad c.*
quamvis. p. 2. pr. n. 21. Petr. Paul. Paris. *vol. 3. consil. 100. num. 2.* Clariss.
Antecessor Viadrin. Dn. Brunnemann. *ad l. ult. C. qui bon. ced. poss. U-*
bi subjicit, de indultis specialibus certæ alicui personæ concessis, non
verò

§§

§6

§7

§8

395
12
25

12



verò generalibus, quæ toti Provinciæ indulgentur, hoc intelligendum esse. Dissidentium Stephan Ranchinus in *addit. ad decif. Gratianop. Guid. Pap. decif. 97. vers. & notandum est.* Bach. *ad Tr. vol. 2. disp. 24. tit. 4. lit. E.* Et secundum hanc opinionem iudicatum testatur Johann. Papon. *rer. in Franc. iudicat. lib. 10. tit. 10. appendic. arrest. 1.* ibique Bacchovius in *not.* & approbavit Senatus Neapolitanus, teste Afflic. *decif. 378.* & ex usu curiarum Galliz ita observari ex Charonda *lib. 6. resp. 18.* commemorat Paul. Christ. in *decif. Belg. vol. 4. dec. 123. n. 17.*

60 Necnocent hæ induciæ quinquennales creditoribus ratione præscriptionis, & tempore illo nulla actio præscribitur per *l. ult. C. qui bon. ced. poss. Bl. ad l. 4. n. 2. C. de precib. Imp. off. Trentacinq. d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 28.* Fab. in *Cod. lib. 1. tit. 9. def. 2. n. 3.* Brunnemancit. *loc. cit.* tum quia non valenti agere non currit præscriptio, *l. 1. §. ne autem. C. de annal. except. l. 1. §. dies. 7. ff. quand. appel. c. ex transmissa. 10. X. de præscript. ubi Panormitan.* Siquidem saltem odio res suas negligentium introducta, *d. l. 1. §. fin. ibi. ex quo actionem movere poterint. C. de annal. except. Modestin. Pistor. consil. 22. num. 19. vol. 2.* Fab. *loc. alleg.* Wilh. Anthon. *d. t. 9. contul. 18. n. 1. 13. & seqq.* Andr. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 28.* Abel Strasburg *int. cons. Thoming. vol. 2. consil. 6. n. 29.*

61 Impedit tamen Induciarum Effectum generalitas Rescripti, ceu superius ex parte quoque tradidimus: I. In debito ex causa delicti. *arg. l. 4. §. 2. ff. quod cum eo, qui in alien. pot. l. 52. ff. de rejud.* Fab. *cit. loc. def. 10. num. 1.* Limn. *de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. n. 344.* Wilh. Anton. *tit. 7. concl. 38.* cum paupertate dignus sit malè meritus, & paupertate laborare debeat. *l. 31. in fin. pr. ff. de pos. Hillig in Don. enucl. lib. 22. c. 9. lit. H.* Quin quod, si ista debita comprehenderentur in illa generali dilatoria, Princeps faceret gratiam delinquenti, non facta delicti mentione, quod fieri non potest, nec esse debet, *c. postulasti. 27. vers. de levi. X. de rescript.* Peregrin. *de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 21.* Atque ita concludunt Bald. *vol. 3. consil. 449.* Covar. *lib. 2. var. resolut. c. 1. num. 8.* Jul. Clar. *in pract. crimin. §. fin. q. 95.* Farinac. *in Prax. crimin. de carcer. lib. 1. tit. 5. q. 29. num. 23.* Maul. *d. tr. de cession. bon. tit. 7. n. 28.* modè cauf. fa inde

in debitoribus ex delicto habeat locum. Et hanc veram ac communem dicit opinionem Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de solut. resol. I. num. 32. in fin.

I I. In Delicto Fiscali: Dd. per l. 3. C. de precib. Imp. offer. ibique Brunne mann. Linn. d. l. n. 344. Hillig. in Donell. enuel. d. l. lit. M. Thom. Maul. d. l. n. 28. Ant. Fab. d. def. 20. n. 9. qui absolute induciarum hic nullum extare usum scribit. Verum contrarium aperte probat l. 45. §. 10. ff. de jur. fisc. Quicquid tamen sit, sub generalibus induciis hæc debita non comprehendi, sed iis excepta esse, existimamus, Hillig. in Donell. enuel. lib. 22. c. 9. lit. M. quidpe quod Reipubl. expediat, ut quam citissime debita fiscalia exigantur. l. 3. C. de primipil. lib. 12. Trentacinq. d. resol. I. n. 14. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 12. 13. 14. vid. V. Wilhelm. Anton. in tr. de Morator. Rescript. tit. 7. conclus. 31. Ubi cum debito fiscali ejusdem esse naturæ Domanium Principis, id est, Cammer Güter, asserit. n. 21. §. seqq.

III. In debitis futuris, & supervenientibus, de quibus non est cogitatum, quia semper intelligitur Rescriptum de eo, de quo tempore concessionis cogitatum fuit, quæ opinio communi stylo ac observantia corroboratur, teste Anton. Fab. d. t. 9. def. 1. num. 2. def. 6. n. 4. def. 6. num. 4. def. 16. & def. 20. num. 2. Coler. de Process. execut. part. 1. cap. 4. n. 15. Maul. d. l. n. 26. Wilh. Anton. d. tr. tit. 7. concl. 37. Ad quod referri meretur, si debitor paulò ante rescripti concessionem merces ab extero emerit, quod inducias nec impetrare debeat, ne pretium solvat, & jure merito si sint impetratæ, effectu suo destituantur. Hillig. d. c. 22. lit. i. Trentacinq. d. resol. I. n. 17. Anton. Fab. def. 20. n. 18. Wilh. Ant. d. l. concl. 36.

Sic IV. Beneficium nostrum generaliter concessum, effectum suum non exserit iis in casibus, quibus debitor ad factum, id est, operarum quarundam præstationem est obligatus, puta ut librum scribat, fossam fodiat, &c. Talis namque debitor, etiam si in eas rei domesticæ angustias sit redactus, ut æstimationem illarum operarum offerre nequeat, attamen propterea non est excusandus, quin potius adigendus, si nullo virium membrorumque impediatur vitio, ut operas

G

peras

396

12

60

63

64



peras exhibeat, præprimis si creditor sumtus & alimenta ipsi velit subministrare, ad quod ex æquitate omnino tenetur. *leg. 18. digest. de oper. libers.*

SECTIO IV.

- 1** UT vero Imperator, Regnique Vicarii, Principes, Comites, &c. quin & creditores legitime ad has inducias impellantur, instantia debitoris obærat, iustaque ejus petitio præprimis requiritur præmittenda. Quemadmodum enim invito beneficium non tribuitur, nec datur *l. 69. & 156. de R. l. ita nec dormienti alicui subvenitur, cum jura vigilantibus sint scripta. l. 24. ff. que in fraud. cred. l. quod autem, 6. §. sciendum. 7. eod. l. summa. 2. 1. in fin. pr. ff. de pecul.* Hinc militat præsumtio ea pro dilationibus moratoriis, quod à Principe, aliisque creditoribus nunquam concessæ videantur, nisi ad instantiam & petitionem supplicem partis *l. 15. C. de transact.* A Principe namque nunquam rescribitur, nisi quid ad Principem scriptum sit, nec aliter rescribitur, quàm petatum. *l. 1. C. de precib. Imp. offer. l. ut responsum. 15. C. de transact. l. 1. C. de divers. rescript. & pragm. sanct. Welschm. in a. num. 2. C. de precib. Imp. off.* Ubi & motus Principis proprius excluditur, nisi hoc in Rescripto expressè sit insertum. Nicol. de Passler. *de privat. script. lib. 3. d. 9. pr. 5. 9. 3.* idque exemplo aliorum Rescriptorum. Gilman, *lib. 2. decis. 5. num. 22. 29. & 42. Keningling de Reg. secul. & ecclesiast. lib. 2. class. 2. c. 8. n. 13.* Clausulæ enim motus proprii ea vis est ac natura, ut in dubio nunquam præsumatur, nisi probetur. Petr. Ant. *de Petra de jur. ques. per Princip. nov. coll. c. 32. num. 32. & seqq.* Nicol. de Passler. *d. l. Wilhelm. Anton. in tr. de Rescript. Morator. tit. 7. conclus. 17. num. 47. & seqq.* Qui *num. 59.* multum referre ait, utrum aliquid sit concessum ad instantiam partis, an verò ex motu proprio concedentis? Nam ex hoc imprimis dignoscitur, quæ sponte concessa per Principem vitio notari non possint sub- & obreptionis, sed sanè omnes defectus,



defectus, tanquam de quibus præsumtio fit, quod iusta ex causa fuerint concessa, quod secus in postulatis esse ait.

In petitione verò vel supplicii libello, de quo hac Sectione ultima sumus acturi, hæc potissimam observanda sunt requisita. I. Ut causa infortunii ac jacturæ inseratur, exponaturque, quod hautquam culpa ac dolo, sed inopinato ac fortuito casu ad hæc facultatum suarum incitas fuerit redactus debitor supplicans: cum non decoctioribus & nepotali disfluentibus luxu, welche mit übermäßigem Pracht / unerdentlichem Wesen / Leben / und sonst in andere Wege / ohne daß ihnen an ihren Leibern und Gütern einige Unfälle / Schaden / Gefängniß / oder Sazung zugestanden / in Abnehmen und Verderben kommen / welcher Handlung sich mit einem Diebstahl wohl vergleichen / Ordin. Polit. de Anno 1548. Tit. von verderbenen Kaufleuten 23. Sed illis, qui extra culpam novercales fortunæ affultus sustinuerunt & facultatibus lapsi sunt, subveniatur, Ant. Fab. d. tit. 9. desin. 20. num. 20. Limn. de I. P. I. R. lib. 4. c. 8. §. 8. n. 334. Quodque requisitum expresse requiritur in d. Ordin. Politic. ibi: Daß er unversehener Weise in Abbruch und Schmälerung seiner Nahrung kommen / und sonderlich / daß er von vilen andern / mit welchen er gehandelt / beverglich außgesetzt.

II. Alleganda est difficultas seu potius impossibilitas solvendi, cum tale rei familiaris debitori obtigerit naufragium, ut ob quotidianas, easque nec interruptas creditorum interpellationes atque exactiones necessarium ipsi sit pereundum, nisi aliquod temporis spatium ei indulgeatur ad vires rescindendas, recolligendas ac reparandas. Es sey ihm aber unmöglich / zu dem es zu ganz verderblichen und unwiederbringlichem Nachtheil und Schaden seiner gereichere / die Schulden schleunig abzulösen. Hoc verò membrum ad instantiam creditoris juramento vallabit debitor. Namque supplicans nisi tale sit passus damnum, illudque tam grave, ut ex eo exsurgat solvendi impossibilitas, hoc moratorii beneficio tutus minimè erit, quin potius ad solutionem legitimis mediis compellendus, urgendus.

Quare III. addat debitor impetraturus moratorium, quod cogitet omnibus suis creditoribus satisfacere, hisque solvere, si exegerit vicissim

394

12

C



rit vicissim sua debita apud alios extantia; Daß er an aufstehender Schulden wohl so viel habe / welche mit Handschriften und mit seinem Register beweißlich / wovon er gedente seine Creditores zu befriedigen.

- 13 Veritate autem, sicuti quæ superius adducta sunt, nitantur, ita & ea, quæ jamjam sunt prolata; aliàs verendum, ne Rescriptum à Principe ad falsa narrata elicium sub- & obreptionis arguatur, suoque destitatur effectu, Ordin. Polit. Augustan. de Anno 1548. & Francofurt. de Anno 1577. Tit. von verdorbenen Kauffleuten. ibi: Wo aber die anderer Gestalt und mit verschwiegener Wahrheit außgebracht / oder verlanger werden / als denn sollen sie Krafftlos / und unsfür ägliche seyn / und dafür gehalten werden.

- 14 Hinc denique IV. quò omnibus de Debitoris infortunio, confect, Magistratus sui domicilii literas testimoniales habeat, necesse est, Es sey ein gemein Bericht und Eemuth / habe auch dessen einen glaubwürdigen Schein von seiner Obrigkeit / worunter er geseßen. Non tamen præcisè testimonium infortunii à solo Magistratu supplicantis

- 15 Imperatori offeratur: Quid enim si infortunium peregrinis in terris debitori acciderit, de quo Magistratui nil certi poterit constare, an propter defectum hujus testimonii à Magistratu accipiendi, induciæ erunt denegandæ? tantum abest hoc statuere: quin potius hic con-

- 16 veniens est, verba & sensum Imperialium constitutionum ponderare, & secundum ea decidere, utpote quæ clara, & duplicem probationem constituunt; Unam, quando Imperator seu Rex Romanorum, Regni Vicarii, Principes ac Comites à Magistratu loci certiorati de infortunio, von der Obrigkeit / darunter solche verdorbene und auffgestandene

- 17 Kauffleute geseßen / zuvor eigentlichen Bericht / und vergewissiget / daß sie auß unversehenen in gestandenen Unfällen ihrer Leib und Güter verdorben und auffgestanden seyn. Alteram, Wann dieselbe Kauffleute glaubliche Urkunden oder Schein fürbringen / daß sie auß unversehenen in gestandenen Unfällen ihrer Leib und Güter verdorben und auffgestanden seyn. Hoc namque innuit vocabulum inter hæc duo intermedium, *DEIN*, quod probationem alternativam constituit, unam ab altera non vi & efficacia sed medio differentem. *Linn. de Jur. Imp.*



398

12

Imp Rom lib. 4. cap. 8. §. 8. n. 336. Et hæc hæctenus prolata Requisita accuratè concordant cum Imperii Receptibus de Anno 1548. & de Anno 1577. sæpius allegatis.

Quando verò Libellum supplicem hoc modo, hisque requisitis conceptum Imperatori vel Principi offerre licet, meritò perquirimus? Et nil interesse, quocunque loco & tempore offeratur, arbitramur, quidpe cum non tantum hic actus sit meræ facultatis, & in voluntate cuiusvis positus, sed etiam infortunium & egestas miseri debitoris specialem hic videatur exigere gratiæ & humanitatis concessionem. Non solum autem sola supplicantis instantia, quem admodum hac Sectione *num. 1.* diximus, harum induciarum concessionem antecedere debet, verùm etiam exquisita ac diligens causæ perscrutatio ex parte concedentis. *Mevius in discuss. levamin. inop. deb. c. 4. §§. 8. n. 6.* Namque cum humanitatis ac commiserationis intuitu erga debitorem laborantem sepositis stricti juris Regulis hoc Respirationis beneficium sit introductum, sedulò præcavendum, ne accessus justo facilior omnibus ad illud convolandi aperiatur, neve omnibus præcludatur. Quapropter hic, quemadmodum aliis in rebus singularis & actibus quibuscunque abusus vitandus est, & fugiendus evitandus, ne occasio subministraretur & ansa peccandi, cum malitia hominum quandoque in verita ruat, cupiatque negata. Inde in Provinciis Saxonie superioris literas hujus gratiæ, securitatis, vel ut vulgò eas nuncupare amant, respirationis ac salvi conductus non modò rarissimè fuisse concessas, ut à novitate abstineatur. *arg. l. 32. §. 6. ff. de admin. tut.* sed etiam quod indultum hoc sit ultimum verè & exorbitans præsidium, ad quod non nisi in casu extremo convolandum, ac certis saltem individuis ac personis, exactiori prius iudicio ponderatis earum qualitatibus, ac singulis quibuscunque tam facti quam juris circumstantiis sit concedendum, adeoque univèrsaliter nequaquam approbandum refert Magnif. Dn. Carpov. in suo *asyl. debitor. cap. 4. pos. 62 n. 61. & seqq.* quod evidentissimè comprobatur ex Recept. Imperii sæpius à nobis hinc inde allegatis. Atque humanitatis nec non æquitatis hoc intuitu non omnes sibi persuasum habent Dd. certum horum moratoriorum in Jure

G 2

nostro



nostro esse fundamentum, quorum rationibus pariter ac menti sese opponit Hillig. in *Donell. enucleat. l. 22. comm. jur. civ. c. 9. lit. E.* Bened. & Carpov. *dl.*

- 23 Ut verò Abusui cuius obexponatur, isque declinerur, concedens non sit prodigius hujus beneficii moratorii, sed quemadmodum in Aula Cæsarea ita receptum, ut, quoties imploratur Rescriptum Moratorium, ad Magistratum loci, sub quo degit supplicans, scribatur & exigatur significatio (I) conditionis obæratæ, ejusque personæ, postquam diligenti quoque & accurata examinatione inquiretur & expendatur, utrum sit dignus hoc respirationis collyrio depauperatus
- 24 (II) ita quoque consideretur jactura; an tanta debitorem premat inopia, ut hoc tempore solvendo non sit. Quin (III) persona creditoris ejusque conditio, utrum & hæc moram ferre possit? (IV) non minus etiam qualitas debiti, an sit tale, quod tutò admittat hanc vel
- 25 ullam aliam dilationem? Apprimè verò (V) temporis habenda ratio, intra quod spatium, & quamdiu hæc induciæ sint indulgenda? videatur Dn. Mevius in *discuss. levamin. inop. debitor. c. 4. sect. 8. n. 6.* Illud verò nec nimis sit diuturnum, ne ex dilatoria, quæ hic revera est,
- 26 & ante litem contestatam opponenda, ne perdat postea officium suum Mevius *dl. n. 10.* fiat peremptoria, afferaturque per eam creditoribus
- 27 irreparabile damnum: nec nimis breve; ne sit impedimento debitori ad exactiorem suorum apud alios extantium debitorum, sed meritò sit tale, intra quod respirare sequæ suæ colligere, ac pecuniam interea corradere possit debitor sub hac inopiæ mole recumbens.
- 28 Quod verò si intra aliquot menses, annum, biennium vel triennium commodè fieri possit, non ultra porrigendum indulcetur, quod mensuram metamque ex necessitate capit, & hanc transgrediens iniquum redditur, velut sine justa atque urgentissima causa creditoribus denegans aut protrahens, quæ debentur. Atque ita in scriptis Jctorum legimus mentionem factam bimestrium, semestrium, annuum, biennialium, &c. induciarum. Quod breviores eæ sunt, cò facilius impetrantur, cum minus noceant creditoribus. Prolixiores v. considerata, & non sine cognitione exacta indulgenda sunt. ex Fabr. in *Cod. tit. 9. def. 6.*



def. 6. num. 1. *Mevius in discuss. levamin. inop. debitor. cap. 4. sect. 8. n. 14.*
 Et si quæ sunt alia, ad quæ cogitationes suas, mentisque iudicium convertet concedens, antequam petitioni votoque impetrantis annuat, suoque Rescripto respirandi aliquod tempus indulgeat.

Hæc autem, de qua egimus, causæ cognitio, non ordinario, sed summario expedienda est iudicio, de plano & sine strepitu, quod quidpe commiserationis & humanitatis poscit ratio, omniumque Doctorum unanimis firmat consensus. *Bened. Carpzov. in Assl. deb. cap. 4. pos. 61. n. 27.* His ita ritè pensculatis & probè ponderatis, Princeps, si ita visum fuerit, ad petitionem debitoris assurget, & per Diploma mortuorum ad certum temporis momentum, intra quod creditoribus suis satisfacere non teneatur, securitatem ipsi tribuet, ut interim ex desperato facultatum naufragio ad quietiorem lætioresque fortunarum portum aspirare & appellere possit, suis jam rebus in melius confulens, easque justè partas nunc tueri reminiscens. Atque hæc sunt, quæ de principali debitorum obætorum Beneficio pro instituti ratione ac temporis occasione breviter afferre allubuit, quæ pro modo Disputationis dixisse sufficiant. Plura ad propositam

Materiam pertinentia reperire est apud eos, quorum animus publicarum rerum experientia & functione concalluit.

DEO Trinuni Sit Gloria Et Nunc
 Et In Omnia Secula.



399

12

D
E

Clarissimo Domino Candidato
De Rescriptis Moratoriis disputanti.

Quod qualeque *Moratoria* bonum sient
Inducia grandi are fermè perditis,
Quas emicans proportione temporis
Illis potestas fortean concesserit;
Hic lectionibus *MACRINE* edisseris
Adcò, ut nihil limatius, nil doctius
Si magna namque parva, habere commoda
Mora queunt, Peligno Vate iudice:
Majora multò commoda, imò maxima
Certo Tua *Moratoria* habere dixeris.
En! quod Tua *Moratoriis* Themistidos
Dicavit entheam *Moram* solertia,
Inde Tibi tanta hæc sunt honorum commoda.

P R Æ S E S.

Virtutes *MACRINE* tuas, & mentis honora
Dona, referre metro nemo poeta potest.
A me quid fieri? cui non est lingua disertæ,
Quæ valet in certos cogere verba modos,
Hinc factus facturus ero, si vota caloris
Substituam sacri, prospera cuncta precans;
Vt Deus optatò laudata hæc aula secundet,
Teque brevi reddant fata benigna *TVIS*.
Sic erit, ut succrescat honor, lætèque reperitis
Eminus applaudet nostra *Thalia* bonis.

In honorem Clariss. & Consuliiss. Dn. Macrini
Amici ac Fautoris plurimum colendi

Officiosa adjecit manu


M. JOH. OTTO HENCKELIUS
Metaph. Profess. Ordin.

Quo pede capisti, sic pergito scandere in *Astra*,
Et dulci *Patriæ* nobile lumen eris.

Fauca hæc Clariss. & Consuliiss. Dn. Candidato *Affini* suo pl:
honorando, animo congratulabundo apponebat

C. W. WULCOVIUS.





X2615931

b97







ca Inauguralis ³⁷²

1664, 5.
10/
IPTIS
ORIS

M
ERANTE
Autoritate
ne Facultatis Juridicae
-Schaumburgica

I D E
RDO Schultzen
Facult. p. t. Decano
o æternum venerando.
ure Honoribus ac Privi-
ous capeffendis
entilationi exhibet
MACRINUS
huringus.
orum horis ante- & pomeridianis.



primebat Petrus Lucius.
XLIV.

Handwritten notes in red and black ink, including 'num. 23' and '12'.

12

